Effetus.

Boetius deplangit prolongationem ſue vite dic. Dum fortuna maleſida.i.perſida mihi faueret: ideſt arrideret leuibus ideſt tranſitorijs bonis: triſtis hora.ſ.mortis pene merſerat. ideſt oppreſſerat meum caput: quaſi diceret tempore proſperitatis ſemper accelerauit mors opprimere me: nunc autem quia fortuna nubila ideſt aduerſa mutauit fallacem vultum: impia ideſt miſera vita protrahit ideſt prolongat mores ſupple viuendi ingratas ideſt odioſas mihi:quia propter miſeriam tedebat ipſum Boet. viuere. ¶ Nota ꝙ licet ſecundum vulgares et ſecundū apparentiam hec ſententia de morte felici ⁊ crudeli videtur vera tamen ſecundum rei veritatem eſt falſa: quia mors etiam tempore proſperitatis poteſt eſſe bona: nam ſecundum Senec. optimum eſt mori cum delectat viuere ⁊ tempore aduerſitatis poteſt mors eſſe mala. quia aduerſitas ſepe īducit deſperationem. Boet. autem repreſentando ſtatutū miſeri hominis hanc ſententiam ponit tanq̃ veram. ¶ Notandum ꝙ mors vel comparatur ad vitam preſentem vel futuram. Primo modo illa mors dicitur felix que fugit tempore proſperitatis et accelerat tempore aduerſitatis. Si autem comparatur mors ad vitam futuram:tunc ipſa poteſt dici bona ⁊ mala tempore aduerſitatis:⁊ etiam proſperitatis:quia ſi mors ducit ad gloriam dicitur bona:ſi ad penam dicitur mala. ¶ Notandum ſecundum Remigium ſuper donatum. Heu aliquando eſt monoſyllabum: aliquando diſſillabum ſicut metri neceſſitas requirit:vnde in propoſito eſt diſſillabum.dicendo. Heu heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure. ¶ Notandum ꝙ hoc verbum auertor quandoq̃ eſt paſſiuum conſtructū cū ablatiuo mediante prepoſitione. vt dicendo auertor a te.⁊ idem eſt quod remoueor. aliquando eſt verbum deponens conſtructum cum accuſatiuo: vt dicendo auertor te:et tunc idem eſt ꝙ ſperno te:⁊ ſic accipitur in propoſito.cum mors auertitur ideſt ſpernit miſeros. Verſus. In vi paſſiui notat auertor remoueri Si ſit deponens auertor ſpernere ſignat. ¶ Notandum ꝙ Boe. appellat fortunam maleſidam: quia eſt deceptiua.vnde Sen. Neminem aduerſa fortuna cōminuit niſi quem ſecunda decipit. Et alibi Sene. Fortuna nemini ſeruat fidem:nulli obeſſe ſemel contenta eſt: quem nimium fouet hunc ſtultū facit. ¶ Notandum fortune bona dicuntur leuia:quia tranſitoria. Non enim perdurat circa homines ſecundum Sen. Illud non eſt tuum quod fortuna fecit eſſe tuum. Donum enim quod dare potuit: potuit ⁊ auferre. ¶ Notandum ꝙ Boe. appellat fortunam nubilam ideſt obſcuram ſiue cecam. depingebatur autem antiquitus fortuna ceca:quia ex improuiſo accedit ⁊ recedit. vel quia cecum reddit hominem extollendo eum in proſperis:⁊ deprimendo in aduerſis. ¶ Notandum ꝙ Boetius dicit fortunam olim circa ſe mutaſſe fallacem vultum.quia fortuna olim depingebatur duplici facie. anteriori alba:poſteriori autem parte nigra.per albam deſignatur proſperitas.per nigram aduerſitas.mutauit ergo fortuna circa Boetium fallacē vultū proſperitatis. poſtea oſtendit ei vultū aduerſitatis. ¶ Quid me felicem totiens iactaſtis amici. Hic Boetius deplangit ſtatum miſerie ſue apoſtrophando contra amicos ſuos dicens. O amici mei quid ideſt propter quid iactaſtis ideſt iactando dixiſtis me totiēs felicem. fruſta enim hoc dixiſtis:quia felicitas mea non erat ſtabilis:quod patet ex hoc:quia ego cecidi:et ille qui cecidit de proſperitate in aduerſitatem non erat ſtabili gradu proſperitatis. ¶ Notandum duplex eſt felicitas: pollitica que conſiſtit in bonis exterioribus ⁊ talis non eſt ſtabilis ſicuti nec bona exteriora. Alia eſt felicitas ſpeculatiua que conſiſtit in actu ſapientie.ſ.in ſpeculatione ſubſtantiarū ſeparatarum.⁊ talis felicitas eſt ſtabilis:⁊ immutabilis.cum ſit bonum optimum pulcherrimum ⁊ delectabiliſſimum.ex primo Ethicorum.

Pene caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me felicem totiens iactaſtis amici?
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.

Mors comparatur ad duo.

Auertor.

Fortuna.

Felicitas duplex.

¶ Jodoci Badij Aſcenſij in Boetium de cōſolatione philoſophie grāmaticalis explanatio.

Carmina qui quondam ⁊c. In explanatione huius operis cum fere morē obſeruabimus vt quotiens carmen occurrerit primum huius ſtructuram atq̃ legem declaremus. Deinde ſenſum authoris cum vocabulorum ſi qua dificilia ſunt expoſitione:et poſtremo loco ordinem verborum authoris breuiter repetamus. carmen itaq̃ hoc primum eſt elegiacum exametro.i.ſex pedum penthametro.i. quinq̃ pedum carmine conſtans. vnde ex vtroq̃ carmen vndecim pedum conſtatum putant. proptereaq̃ penthametro fere ſententia clauditur primo: aut ſuſpenditur ⁊ clauditur ſecundo: nunq̃ autem ſequenti exametro. Exametrum autem ab exa.i.ſex ⁊ metro ideſt menſura.quaſi ſex pedum menſura dicitur. Conficitur autē duobus legitime pedibus dactilo ⁊ ſpondeo quibus aliqui loci ſunt ꝓprij:aliqui cōes. Quintus enim dactilo. ſextus ſpondeo proprij quattuor priores cōes ſunt. decet tñ vt fere prima ſyllaba tertij pedis ſit vltima dictionis tam in exametro q̃ penthametro. Qui vero pedes admittant ſtatim dicturus ſū. Pēthametrū aūt a pentha.i.quinq̃ ⁊ metro menſura quaſi quinq̃ pedū mēſura dr: qui quidem pedes duobus modis diſtingui poſſunt:altero qui ad componēdos verſus promptior eſt.vt poſt duos prios pedes qui indifferenter dactili ſunt vel ſpōdei: vel alterni delinquat ſyllaba vltima dictiōis que poſſit eſſe pria tertij pedis. vnde pēthamemeris dicit. deinde ponantur duo dactili cum ſyllaba abundante:

Nota.

Carmen elegiacum

Exametrū.

Pēthametrū

que cum derelicta poſt duos primos pedes faciat ſpondeum: ⁊ hoc modo omnes poſſunt eſſe dactili in penthametro preter conſtantē ex duabus ſyllabis poſt binos quiſq; derelictis qui ſpondeus eſt. Tres autem. i. duo primi q; ex derelictis ſpondei. Altero modo diſtinguuntur pedes vt duo primi ſint vt prius. dactili vel ſpondei vel alterni. tertius ſpondeus. ⁊ vltimi duo anapeſti. Veruntñ qr in omni carmine vltima ſyllaba eſt cōis. i. indifferens ſiue longa ſit ſiue breuis: ideo in exametri fine poteſt poni trocheus pro ſpondeo. ⁊ in penthametri tribracus pro anapeſto. ⁊ id quidem ſine vicio. Itē quia in illa que eſt prima tertij pedis ⁊ vltima dictionis ſepe tm̄ more trahit quantum in vltima ſyllaba totius carminis: volunt nōnulli eam quoq; ſyllabam cōmunem eſſe. ⁊ ob id in tertio exametri poſſe tribracū pro dactilo poni que iambum pro trocheo etiam in penthametro quod apud ydoneos authores nōnunquam: ſed rarius reperies: vt in illo. Omnia vincit amor ⁊ nos cedamus amori. Parce itaq; quātum fieri poteſt hac licentia vtendum eſt. Plura autem mere grammaticos dicenda ſunt. Si tñ etiam a nobis quis leges huius carminis efflagitet has ſibi paratas habeat.

Regula elegiaco carmine.

Quarum prima eſt quam dixi vt in carmine elegiaco nunquā terminetur plena ſententia in ſequenti exametro. ſed in primo penthametro vel in ſecundo: ſemperq; neceſſe eſt vt licet ſuſpēſa adhuc ſit ſentētia: tñ conſtructio fere plena ſit in ſecundo quoq; verſu hoc eſt in penthametro. Secundo eſt: vt ſi cōmode fieri poteſt geminis epithetis ſiue adiectiuis tam exametrum q̄ penthametrum ornetur: ſic vt prius adiectiuū priori ſubſtantiuo correſpondeat. ⁊ poſterius poſteriori: ponantur autem ambo adiectiua ante ſubſtantiua: ſed ne ſit hiatus aut ſtrepitus vocalium ineptus. pulchrū eſſet in diuerſis caſibus aut in diuerſa declinatione ponere. Dixi ⁊ cōmode fieri poteſt. Non enim ſemp ne fluat nimium id fieri congruit: precipue in epigrāmate talis fucus vitetur. Tertia eſt. Sonorum eſt exametrum ſi primo loco dactilum ⁊ ſecūdo ſpondeum habeat ſic. vt dictio triſyllaba ſcd̄a ſit tribus longis aut natura: aut prepoſitiōe conſtans: aut vna monoſyllaba cū diſſyllaba: nec minus ſonorum erit ſi in ſecundo quoq; loco dactilus fuerit: dūmodo poſt duos pedes remaneat in eadem dictione tm̄ vna ſyllaba: qr diſſonum ⁊ incōditum carmen: dum prime due dictiones ſingulos dactilos ſine abundante ſyllaba faciant: vt acria prelia. Durus autem ſi poſt ſingulos dactilos ſingulos ſpondeos ex integris dictionibus feceris ſic. Acria cātans prelia regum. Quarta eſt hypermetrum. i. verſum in quo ſyllaba abundat nunq̄ feceris niſi in vocalem: aut in litteram: exeat: ⁊ ſequens verſus a vocali incipiat ideoq; raro ⁊ non ſine ſententie cōformitate facies. Quinta ſpondeum in quinto loco exametri non pones niſi grauitas ſententie: aut languor animi loquentium admoueat. tuncq; dactilus quarto loco ponetur. Sexta vocatiuum in fine carminis non pones: nec in penthametro monoſyllabum quod ſi in exametri fine poſueris nomen animalis erit. Septima in penthametro quoq; ſeruandum: vt primus pes dactylus ſecundus ſpondeus ſit cum ſyllaba in eadem dictione vna duntaxat abundante. In fine autem vitentur triſyllabe ⁊ monoſyllabe dictiones. pulchre ſunt biſſyllabe non turpes penthaſyllabe. vt Contactum nullis ante cupidinibus. Quadriſyllabe non execrantur. Penultima triſſyllaba iucundum verſum facit. Octaua in omni carmine ſeruentur decora ſupra a nobis breuiter enarrata. In elegiaco ergo erit materia triſtis: ſtilus mediocris: digreſſio rara nec prolixa: cōpoſitio facilis: dictiones non affectate.

Sententia

Epigramma autem ſententia bona claudatur: hec hactenus: plura etiam a nobis alibi dicta ſunt. Reſtat vt ſenſa authoris noſtri paucis explicemus. ¶ Carmina qui quondam. ⁊c. vt authoris noſtri in primo carminis ſententia paucis explicemus: operepretium eſt ad memoriam reuocare intentionem eius. vult enim in toto hoc opere perſonam hominis meſti ⁊ deſolati ob iniquas tribulationes quas patitur repreſentare ad quem mentis egritudinem: quia nihil facilius affert medelam q̄ ſapientia que ex philoſophia acquiritur: ideo philoſophicam conſolationem inducit. Referemus ergo ad oculos mentis Boetij ſtatum: qui propter equitatem ⁊ iuſticiam in carcerem detruſus: ⁊ omnibus bonis ſpoliatus etiam fame ſui detrimentum timet. Sedet ergo meſtus animo repetens anteactis temporis felicitatem: que collata ad preſentes miſerias eas accumulatiores facit: quia vt ipſe dicturus eſt infeliciſſimum genus diſfortunij eſt fuiſſe felicem.

Contentio

Et vtitur contentionibus ideſt contrarijs ſententijs per antiteta ideſt cōtrapoſita ſeu contraria vocabula: quia vt bene dictū eſt peregiſſe ⁊ inire contraria ſunt. ille enim peregit qui iam perfecte egit.

Per.

Per enim prepoſitio aut perfectionem ſignificat vt perfectio perfecte facio. perfero perfecte fero ideſt ad finem vſq; ⁊ ſic de multis alijs: aut per medium vt perfluo per medium fluo perluceo per medium luceo. aut interceſſionem ⁊ authoritatem: vt per me reges regnant. Peregit ergo qui compleuit ⁊ perfecit. init qui incipit ⁊ nondum aliquid fecit ſed quaſi ad faciendum it. accipitur tamen interdum ineo pro eo quod eſt incipio facere aut inchoo: vt ineo amicitiam ⁊c.

Ineo.

Carmen

Contra item ſunt carmina ⁊ meſti modi. Nam carmina a canendo dicuntur vnde vt poete canere dicuntur: vt arma virumq; cano.

Verſus.

Verſus dicuntur eo ꝙ peracto numero certorum pedum reuertitur poeta ad principium.

Numeri

Numeri quoq; verſus dicuntur eo quod numerantur pedibus proprie tamen non verſus ſed moduli eorum ſunt ſicut metrum menſura eſt carminum nō carmen ipſum.

Modus

Modus autem nunc dicitur finis: vt in. iiij. eneidos. Nam quis erit. modus proprie autem eſt moderatio vnde a modo modeſtia ⁊ moderatio dicitur. Meſti autem modi hic ſunt verſus elegiaci. qui meſtis conueniunt: ſicut ſapho ouidiana flebile carmen appellat quod flenti conuenit. Item contrarium eſt florenti ſtudio ideſt quaſi ſua apte natura aliquid facere ſicut flores ſponte naſcuntur ex arbore leta. ⁊ cogi ad ipſum.

Cogor

Nam cogor compoſitum eſt ex eo ⁊ ago. ⁊ eſt idem quod compellor.

Ecce.

Ecce particula locum habet pcipue vbi ex inſperato ⁊ improuiſo aliquid aboritur. vnde hic prohos. ideſt affectionem ⁊ commiſerationem mouet: eo ꝙ mala improuiſa grauius ledunt.

Lacer

Lacerum vult ancipitis eſſe ſignificationis hoc eſt actiui ⁊ paſſiui qui dicit. Qui lacerat lacer eſt ⁊ qui laceratus habetur. De camenis ⁊ muſis ſequenti explanatione prime proſe ampliciter dicturus ſum. Dicit preterea notanter

veris fletibus: quia omnes qui elegiaca carmina componunt querimoniam quendã facere videntur ſed qui de alienis miſeriis: aut de ſuis ficte conqueruntur: non veros fletus emittunt: ſicut Boetius modo ſe emitteret dicit. Elegos grece dicitur luctus: elegeo autem miſereor: elegios autem verſus ad miſeriam pertinens Saltem legas non ſaltim: tractum aũt volunt vocabulũ ab his qui hoſtibus de dentes ſalutem petebant: hoc eſt vite incolumitatem amiſſis ceteris: ac ſi dicant vt cetera amittamus habeamus ſalutem: quod per corruptionẽ factum eſt poſtea ſaltẽ: quod quidem interpretaẽ ad minimũ ℭ Iuuenta etas eſt iuuentus autẽ multitudo iuuenum iuuentas dea ſecundũ Seruium. In latinis er go litteris caue his ne alterũ pro altero: loquor enim de duobus prioribus: ponas: quamuis in ſanctis litteris ſepe confundantur. Et quamuis ſenecta ⁊ ſenectus idem ſint. Credo legendum eſſe. Solatur ⁊ non ſolantur. Eſt enim appoſitũ illius nominatiui gloria. ℭ Cani ſunt capilli caneſcentes ⁊ carent ſin gulari numero in ea ſignificatione. Effetum dicitur quicquid omnem fetum .i. omnem vigorem ſuum emiſit. ℭ Mors felix ab effectu hic dicitur: q felices facit. Sunt enim triplicia epitheta ſeu adiectiua aliquo modo propria. Quedam enim omni ⁊ ſemper conueniũt ⁊ eadem adduntur ad perpetuam rei naturam ſignificandam: vt calidus ignis: frigida nix. Quedam non omnibus eiuſdem nominis conue niunt: ⁊ ea ad diſcretionem adduntur: vt paruus lapis. Quedam non formaliter: ſed vt notis vocabu lis vtar virtualiter tamẽ inherẽt. vñ mors dicitur frigida: q frigidos facit: timor pallidus: frigus pigrũ ⁊c. Heu heu hic geiatũ legendũ eſt vel heu: non autẽ heu diſſillabum. Reperitur autem heus cum vo candi caſu: ⁊ eſt reuocandi aduerbium. Item hei cum datiuo: vt hei mihi qualis erat ⁊c. Item heu cũ accuſatiuo: vt heu ſtirpem inuiſam: ⁊ cum nominatiuo. vt heu pietas: heu priſca fides. Et ehu vel heu: abſolute ſine caſu. Et eſt dolentis interiectio: vt Ehu quid volui miſero mihi. Et heu heu q̃ pingui ma cer eſt mihi taurus in aruo. Cetera vocabula que de ſe nota ſunt lucidiora erunt in conſtruendo. Nunc ſenſum literalem repetamus. Manlius Boe. Seuerinus vir cõſularis: ⁊ egregia tum virtute tum pru dentia preditus ob iniuſtitiam in carcerem detruſus: vt innocentiam ſuam poſteris ſignificet ⁊ miſeris mortalibus ſimilis iniuria affectis conſolationem pareret ſe meſtum ⁊ lachrymoſum fingit: quaſi poſt repetitione preterite felicitatis ſue ſolus cogitabũdus in hec verba prorumpuerit. Carmina qui quon dam ⁊ cetera. quaſi dicere velit Audite vos omnes mortales ⁊ commiſeramini. Ego qui florenti ſtudio ⁊ animi hylaritate fretus olim dulces cantilenas confeci. Nunc in ſenectute cum ſolatium ⁊ requiem animi habere merito debeam cogor propter iniuriam mihi illatã incipere edere lugubres cantus ⁊ que rimonias. Ecce enim. q. d. quod minime verebar minimeq̃ mihi verendum fuit: camene .i. inuentrices carminum. lacere .i. laceratis ⁊ diſſutis veſtibus ⁊ meſto vultu tales enim ſunt qualia ſunt que canunt. dictãt mihi que debeam ſcribere. Dictare enim proprie eſt proferre ⁊ inuenire verba que alius ſcribat. Et elegi. media breui .i. luctus vel verſus elegiaci. rigant mihi ora veris fletibus. Et cum oẽs amici om neſq̃ facultates me defecerint ⁊ dereliquerint. ſole camene me ſecute vſq̃ in carcerẽ ſunt per qd̃ innuit ſcientiam a tyrannis auferri non poſſe. Gloria autem anteacte vite in iuuenta mea ſolatur nunc mea fata ideſt aduerſitatem quam patior ſenex meſtus. Quaſi dicat: quando recordor felicitatis mee in iu uenta habite: nunc modeſtius tolero infelicitatem ſenecte. Quum certo ſciam: vt horatius dicit nihil eſt ex omni parte beatum. Si quis autem dicat. O Boetius tu nondum ſenectutem attigiſti quomo do ergo te ſenem dicis. Reſpondet q ſenectus inopinata iam venit. Eſt autem vocabulum venit pre teriti tp̃is: quia producit primam quam in preſenti tempore corriperet. Si queras quõ venit: dicit q ex dolore quia dolor iuſſit ſuã etatem ideſt ſenilem quam dolor ſemper in vultu hominum generat in eſſe mihi. Mors hominũm felix: pro hac ſententia memineris Lector nos oportere precipue reſpicere ad affectionem loquentis. Sepe enim ſententie proferuntur non omnino vere: ſed verſimile his qui eas proferunt. Sicut dido in. iiij. eneid. ab vno decepta dicit. Nuſquam tuta fides. Sic Boetius. li cet ipſe talis non ſit: tamen quia agit perſonam eius qui conſolatione indiget: vt tam triſtis eſt: vt vi tam amaritiam iudicet. dicit mortem eſſe felicem: quem in felicibus obuenit quia vt dicit Plinius in remedium omnium malorum mors conceſſa eſt. Et vt in epiſtolis dicit Horatius Mors vltima li nea rerum eſt. Contrariam ſententiam dicit cherea virgine potius apud Therentium in eunucho: quia ab his qui animum perturbatum habent eiuſmodi proferuntur ſententie quales a paſſionibus predo minantibus dictantur. Cetera clara ſunt. Facit autem in fine pulchram apoſtrophen. Eſt autem apo ſtrophe conuerſio ſermonis ad abſentem que nunq̃ affectione vacat: ſed vel ire vel amoris vel doloris vel letitie inditium habet ſicut hic. O amici inquit. ad quid cum iactantia iudicaſtis me totiens eſſe fe licem cum ⁊ meam et meorum dignitatem conſpexiſtis: non recte iudicaſtis me beatum: qui ſtabilem fe licitatem nactus non eram quod patet quia cecidi: ſed qui cecidit ſtabili non erat ille gradu. Et ita clau dit carmen deuerbio quod ſepe in hoc genere carminis honeſte fit. ℭ Ordo iam notus eſt: ed vt polli cita exequar imbecillioribus talis eſt. Ego Boe. qui peregi ideſt perfecte compoſui ⁊ edidi quondam florente ſtudio carmina ideſt dulces cantilenas nunc ſup. effectus flebilis cogor inire ideſt incipere me ſtos modos ideſt verſus de meſtitia hoc eſt querimonias et lamentationes. Ecce quaſi dicat preter ſpem ⁊ opinionem carmine ideſt muſe inuentrices carminum lacere ideſt pannoſe et laceris ſimiles: di ctant mihi ſcribenda ideſt ea que debeam ſcribere. Et elegi ideſt luctus rigant ideſt humectant mihi ora: ideſt faciem veris et non fictis fletibus: ideſt lachrymis quas flens emitto. Nullus terror ne q̃ mortis neq̃ amiſſionis rerum potuit peruincere ſaltem has: ideſt camenas licet notos et amicos peruicerit: Non potuit inquam eas peruincere quin ideſt quo minus vel qui non: ideſt vt non ipſe exi ſtentes comites perſequerentur: ideſt ad finem vſq̃ ſequerentur noſtrum iter etiam in carcerẽ. Gloria

Iuuenta.
Iuuentus.
Iuuentas.
Cani epithe ta.
Heu heu.
Dicto.
Venit.
Apoſtrophe
Conſtructio

Ideſt excellens in claritate ⁊ leticia. dignitas felicis ⁊ olim viridis iuuente mee ſolatur mea fata: ideſt triſtem euentum: qui quaſi fataliter mihi venit: hoc eſt dum gloriam iuuente cū preſentibus malis confero. tunc quodāmodo conſolor: quando non omnino miſerum me videam. Mea inq̄ fata ſenis meſti: ideſt qui ſum ſenex meſtus. ne dicas fata mea: ideſt mei: vt alio loco docebo. Dico ſenis enim pro quia ſenectus inopina ideſt inopinata. venit ideſt inuaſit me preparatam ideſt acceleratam. malis ideſt per mala que patior. Et dolor iuſſit ideſt voluit imperauit ſuam etatem ideſt quam ipſe generat: ideſt ſenilem ineſſe mihi. Cani ideſt capilli canentes intempeſtiui ideſt ante tempus orti funduntur ideſt diſperguntur vertice ideſt in ſuperiori parte capitis: a qua dum altius ire non poſſumus reuertendum nobis eſt ſicut a vertice montis. Et cutis laxa ideſt laxata tremit in corpore effecto. vel corpore exiſtente iam effeto. Illa ſup. mors hominum eſt felix ideſt felices eos facit que nec inſerit ſe dulcibus annis ideſt letis ⁊ proſperis et que vocata ſepe venit meſtis: vel vocata meſtis ideſt a meſtis venit. Heu heu q̄ ideſt q̄tum ſurda aure mors ſupple auertitur miſeris ideſt vertitur a miſeris. Alij legūt auertitur ideſt ſpernit miſeros de quo vide finem comenti noſtri. Et ipſa ſeua ideſt ſuperba et immitis negat ideſt renuit claudere oculos flentes ideſt meſtorum. Clauduntur autem mortuis oculi: quia morientes fere apertos linquunt. Dum ideſt quādo fortuna male fida foueret bonis leuibus ideſt trāſitorijs. hora triſtis ideſt mortis merſerat pene ideſt quaſi meum caput. Sed quia ipſa fortuna nubila ideſt obſcura ⁊ aduerſa. mutauit nunc fallacem vultuꝫ vita mea impia protrahit ideſt prolongat. mihi ingratas moras ideſt dilationes. O amici. quid ideſt ad quid. quare iactaſtis ideſt cum iactantia iudicaſtis totiens me eſſe felicem. quaſi dicat: non fui tunc felix: quia ſtatus meus non erat firmus: quod patet: quia cecidi; ſed qui cecidit ille non erat in ſtabili gradu. Hec prolixius dicta in ſequentibus breuior ero.

¶ Proſa prima primi libri.

Sanctus Thomas.

Hec dum mecuꝫ tacitus ⁊c. Hic icipit proſa prima hui⁹ primi lib. i qua Boetius itroducit philoſophiam ſuper ſuam miſeriam conſolantem Ubi nota ꝙ Boe. dolens et ipſa philoſophia ipſum conſolans non ſunt aliud niſi animus dolēs ex oppreſſione ſenſualitatis: ⁊ ratio conſolans ex vigore ſapientie. Et diuiditur. primo oſtendit Boe. quomodo philoſophia ſibi apparuit. Secundo quid circa ipſum egerit: ſecunda ibi. Que vbi poeticaſ muſas. Primo deſcribit apparitionem philoſophie quo ad tēpus ⁊ ad locum: ⁊ deſcribit eius diſpoſitionem quo ad vultum: quo ad aſpectum: quo ad colorem: ⁊ vigorem: ⁊ quo ad etatem. Secundo deſcribit philoſophiam quantum ad habitū exteriorē. Tertio quo ad ornamenta ⁊ inſignia q̄ manibus geſtabat. Secunda ibi. Veſtes erant. Tertia ibi. Et dextera quidem dicit primo. Dum ego Boetius ⁊ que ſupra in metro dixi tacitus mecum reputarem ideſt cogitarem: ⁊ querimoniam lachrymabilem. i. prouocātem ad lachrymas deſignarē. i. deſcriberē ſtili offitio. viſa eſt mihi mulier aſtitiſſe. ſupra verticem. i. ſupra caput admodū. i. valde reuerendi vultus oculis ardētibus ⁊ perſpicacibus. i. claris vltra cōmunem valentiā hominū. i. vltra homines que apparuit in colore viuido ideſt delectabili: ⁊ apparuit mihi tanquam inexhauſti ideſt inconſumpti vigoris: quāuis ipſa foret ita plena eui ideſt durationis: vt nullo modo noſtre crederetur eſſe etatis ſtatura eius ambigue ideſt dubie diſcretionis. i. cognitionis. quia nunc. i. aliquando cohibebat. i. extendebat ſeſe ad communē menſuram hominum. i. longitudinem. nunc. i. aliquādo videbatur pulſare. i. attingere celum cacumine ſummi verticis. i. altitudine capitis: que cuꝫ caput altius extuliſſet ipſum etiam celum ſua longitudine penetrabat. Notandum ꝙ boetius deſcribit philoſophiam ſibi apparuiſſe ſub ſpecie mulieris quia philoſophia apud grecos ⁊ ſapientia apud latinos eſt ge. fe. vel ideo quia ſicut mulier īfantes lacte nutrit: ſic philoſophia minus perfectos nutrit facilibus doctrinis: vel ideo quia boetius erat eger. mulier autem magis eſt compaſſiua ⁊ magis habilis ad conſolandum egrum q̄ vir. Nam ſecundum Salamonem. vbi non eſt mulier ibi ingemiſcit eger. Nature eſt erecto modo ſe habere ⁊ quia philoſophia erigit hominem ad delectationes intellectuales faciens cadere ſenſuales: ideo ipſa deſcribitur ſtetiſſe. Et dicitur ſtetiſſe ſupra verticem: quia philoſophia in anima intellectiua non habet organum in vertice. Nam anima intellectiua nullius organi corporis eſt actus. Vel dicitur ideo ſtare ſupra verticem: quia de ſupero cardine elapſa venit: vt dicit boetius tertia proſa huius primi. Notandum philoſophia dicitur reuerendi vultus: quia ſuos poſſeſſores reuerendos facit. Nam ſecundum Tullium. Reuerentia eſt decēs et matura grauitas que habetur per philoſophiam. ergo dicitur reuerendi vultus. ¶ Notandum illud quod eſt ardens eſt penetratiuum: ⁊ quia per rationem et intellectum que ſunt oculi philoſophie penetramus intima rerum ⁊ quidditates earum: ideo philoſophia dicitur apparuiſſe ardentibus oculis. Et quia per philoſophiam ſpeculamur ea que vulgares ⁊ communes non ſpeculantur: ideo dicitur habuiſſe oculos perſpicaces vltra cōmunem hominum valentiam. ¶ Notandū eſt qđ co-

Quare philoſophia in habitu muliebri apparuit.

Cur ſtans:

Reuerendi vultus.

Ardentibus oculis.

¶ Proſa prima.

Hec duꝫ mecum tacitus ipſe reputarem querimoniamq; lachrymabilem ſtili offitio deſignarem: aſtitiſſe mihi ſupra verticeꝫ viſa eſt mulier reuerendi admodum vultus: oculis ardentibus: ⁊ vltra cōmunem hominuꝫ valentiam perſpicacibus: co-

lor viuidus eſt color naturalis pulcher ⁊ delectabilis ⁊ quia philoſophia in ſe pulcherrima eſt cũ ſit mi rabilis ⁊ diuina delectabilis: quia mirabiles affert delectationes: ideo deſcribitur apparuiſſe in viuido colore. Item philoſophia apparuit inexhauſti vigoris: quia philoſophia cũ ſit perpetua exhauriri non poteſt vel ideo inexhauſti vigoris: quia quantuncunq; homo cognoſcat de philoſophia adhuc reſtant plura cognoſcenda: quod patet ex diuerſitate opinionum in philoſophia quarum vna deſtruit aliam;

Colore viuido.

Inexhauſti vigoris.

lore viuido: atq; iexhauſti vigoris. Quis ita cui plena foret: vt nullo modo noſtre crederetur etatis. Statura diſcretionis ambigue. Nam nunc quidem ad cõmunem ſeſe hoium menſuram cohibebat: nunc vero pulſare celum ſummi verticis cacumine videbatur. Que cũ caput altius extuliſſet: ipſuz ẽt celuz penetrabat: ſeq; reſpitientiuz hoiuz fruſtrabatur intuitus. ¶ Veſtes erant tenuiſſimis filis: ſubtili artifitio: idiſſolubili materia pfecte: quas: vti poſt eadem prodente cognoui: ſuis manibus texuerat. Quaruz ſpeciem: veluti fumoſas imagines ſolet: caligo quedam neglecte vetuſtatis obduxerat. Harũ in extremo margine P. grecuz: in ſupremo vero T. legebatur intextum. Atqui inter vtraſq; litteras in ſcalarum modum gradus quidaz inſigniti videbantur: quibus ab inferiore ad

Item quia philoſophia eſt eterna ⁊ vt preceſſerat ipſum Boetiũ ideo dicit eam non fuiſſe ſue etatis. ¶ Notandum ꝙ tres ſunt partes philoſophie eſſentiales ex ſexto metaphyſice: naturalis: mathematica: ⁊ diuina. Secundum naturalem philoſophiaz dicit philoſophia ſe cohibere ad communem menſuram in quantum tractat de naturalibus que communiter via ſenſus cognoſcũtur inter que natura hominis eſt ſummum ad quod peruenitur. Dicitur autem philoſophia pulſare celuz quo ad mathematicam ideo quo ad aſtronomiam inquantum tractat de motibus ⁊ figuris aſtroruz. Dicitur autem penetrare celum quo ad methaphyſicã inquãtum dirigit in cognitionez dei ⁊ ſubſtantiarum ſeparatarum. Et dicitur philoſophia fruſtra intuitum hominũ reſpicientium: quia perfectarum cognitionem ſubſtantiarũ ſeparatarũ in hac vita habere nõ poſſumus. Nã ſicut ſe habet ocul⁹ nicticoracis ad lumen ſolis: ſic intellectus noſter ad manifeſtiſſima in natura. ex ſecundo Methaphyſi. ¶ Veſtes erant tenuiſſimis filis. Hic Boeti⁹ deſcribit philoſophiam quãtum ad habitum exteriorem. Primo quãtum ad materiam veſtium. Secundo quãtum ad picturam veſtiuz. Tertio quãtum ad violentiam veſtibus illatam: ⁊ legantur partes ſimul dicit primo. Veſtes philoſophie erant perfecte tenuiſſimis; idest ſubtiliſſimis filis ⁊ erant ex ſubtiliſſimo artificio: ex materia indiſſolubili: quas veſtes ipſa texuerat propriis manibus vti pro ſicut ego cognoui eadem philoſophia prodente. idest reuelante mihi in tertia proſa huius primi. quarum: ſcilicet veſtium ſpeciem. idest pulchritudinem quedam caligo: idest obſcura ignorantia neglecte vetuſtatis: idest negligentie veterum obduxerat: idest obfuſcauerat: veluti ſolet ſup. obducere caligo fumoſas ymagines. idest in fumo ſtantes. Tunc oſtendit quid fuerit depictum in veſtibus eius dicens. In extremo margine. idest in inferiori parte harum veſtium legebatur intextum. P. idest practica. In ſuperiori parte veſtium erat intextum. T. idest theorica quod interpretatur ſpeculatiua: ⁊ inter vtraſq; litteras: inter. T. ⁊. P. erant quidam gradus inſigniti. idest impreſſi ad modum ſcalarum: quibus gradibus aſcendebatur ab inferiori littera ad ſuperiorem tunc tangit violentiam veſtibus illatam dicens. Eandem veſtem abſciderant. idest lacerauerant manus quorundam hominum violentorum ſupple facientium violentiaz: ⁊ vnuſquiſq; abſtulerat particulas veſtis quas poterat auferre. ¶ Notandum ꝙ per veſtes philoſophie intelliguntur partes eſſentiales ⁊ artes liberales. Sicut enim corpus veſtibus ornatur ſic philoſophia ſuis partibus decoratur. Per fila autem ſubtiliſſima intelliguntur precepta philoſophicalia. ſiue prepoſitiones philoſophicales. Sicut enim vnum filum in veſtibus ordinatur circa aliud: ſic vna propoſitio iuxta aliam. que propoſitiones dicuntur ſubtiliſſime: quia homo ſubtilia inueſtigat. Dicuntur ⁊ huiuſmodi precepta ſubtili artificio contexta ratione ornatus verborum ⁊ ſententiarum que in eis inueniuntur. Et ſunt ex materia indiſſolubili. quia licet a quibuſdam exprimantur: tamen in ſeipſis habent veritatem indiſſolubilem. ¶ Notandum ꝙ per manus philoſophie per quas ſuas veſtes texuerat intelliguntur philoſophi. qui precepta philoſophicalia conſcripſerunt ⁊ dicuntur rationabiliter manus philoſophie quia niſi fuiſſent inſtructi preceptis philoſophicis: ea exprimere minime valuiſſent. ¶ Notandum ꝙ veſtes philoſophie dicuntur fuiſſe obducte quadam caligine. quia tempore Boetii artes ad tantam negligentiam deuenerant ꝙ pauci eas curabant. ſed Boetius eas tranſtulit ⁊ expoſuit ſiue commentatus eſt. Vel ideo veſtes philoſophie fuerunt fumoſe: quia ab antiquis obſcure fuit tradita philoſophia ab empedocle poetice: ⁊ a platone enigmatice: ab Ariſtotele. ſub verborũ obſcuritate. ¶ Nota ꝙ due ſunt partes principales philoſophie: ſcilicet practica. ⁊ theorica: ideo in veſte philoſophie erant due litere contexte. ſcilicet. P. ⁊. T. P. autem erat in inferiori parte veſtis: ⁊. T. i ſuperiori. per quod innuitur

Partes philoſophie.

Philoſophia pulſat celum penetrat celum fruſtratur intuituz.

Philoſophie veſtes.

Quid veſtes philoſophie.

Quid manus.

Cur obducte veſtes.

Partes principales philoſophie.

ſuperius elementuꝫ eſſet aſcenſus. Eādeꝫ tamen veſtem violentorum quorūdam ſciderāt manus: ⁊ particulas quas quiſqꝫ potuit abſtulerant. ¶ Et dextera quidem eius libellos: ſceptrum vero ſiniſtra geſtabat. ¶ Que vbi poeticas Muſas vidit noſtro aſſiſtentes thoro: fletibuſqꝫ meis verba dictantes: cōmota pauliſper ac toruis inflammata luminibus Philoſophia. Quis inquit has ſcenicas meretriculas ad hunc egrum permiſit accedere? Que dolores eius non modo nullis fouerent remedijs: verū dulcibus inſuper alerent venenis. He ſunt enim que infructuoſis affectuum ſpinis vberem fructibus rationis ſegetem necant: hominumqꝫ mentes aſſuefaciunt morbo: non liberant. At ſi quē prophanuꝫ vti vulgo ſolitum nobis blanditie veſtre detraherent: minus moleſte ferendum putarem. Nihil quippe in eo noſtre opere lederentur. Hunc vero eleaticis atqꝫ achademicis ſtudijs enutrituꝫ. Sed abite potius ſyrenes vſqꝫ in exitiuꝫ dulces: meiſqꝫ cum muſis curanduꝫ ſanandumqꝫ relinquite. Boet. His ille chorus īcrepitus deiecit humi meſtior vultum: confeſſuſqꝫ rubore verecundiam limen triſtis exceſſit.

Gradus. ꝙ practica philoſophia eſt inferior ſpeculatiua ordine dignitatis. Per gradus autem medios qui erāt inter vtraſqꝫ litteras intelliguntur ſcientie eloquentie que ſunt grammatica: logica: rhetorica. ¶ Notādum ꝙ dicitur aſcenſum fuiſſe per gradus a practica ad ſpeculatiuaꝫ per hoc innuitur ꝙ homo primo debet eſſe ſufficienter inſtructus in practicis, vt poſt aſcendere valeat ad contemplatiuam. ¶ Notandum quid ſcit ſcidere veſtes philoſophie. Illi tantū dicuntur veſtes ſcindere philoſophie q̄ hn̄tes vnaꝫ ſcientiam putāt ſe eſſe perfectos philoſophos ſine alijs. **Scindere veſtes philoſophie.** Si aūt aliqui ſciant vnam artem ſine alia dūmodo ſe cognoſcant non eſſe perfectos philoſophos tales nō ſcindunt veſtes philoſophie. Vel illi ſcindunt veſtes philoſophie qui per extortas expoſitiones trahunt veras propoſitiones ad ſuas falſas opiniones. ¶ Et dextera quideꝫ eius. Hic Boetius deſcribit philoſophiam quantum ad inſignia ⁊ ornamenta que manibus geſtabat dicēs. Et dext̄era manus philoſophie geſtabat libellos: ſiniſtra vero geſtabat ideſt portabat ſcepruꝫ ideſt virgam regalem. ¶ Notandum ꝙ omnis cura atqꝫ intentio viri ſapientis verſatur vel circa contemplationem ſapientie que deſignatur per libellos vel circa regimē reipublice quod deſignatur per ſceptrum ⁊ quia contēplatio ſapientie potior eſt q̄ ſit regimen reipublice, ideo philoſophia dicitur in dextera habere libellos in ſiniſtra vero ſceptrū. **Quid libelli. Quid ſceptrum.** ¶ Que vbi poeticas muſas. Poſtq̄ Boetius oſtendit quomodo philoſophia ſibi apparuit. Hic oſtendit que circa ipſum egerit. Et primo oſtendit quomodo muſas poeticas fugauit. Scđo oſtēdit quo modo de hoc obſtupuit. Tertio quomodo philoſophia ſibi appropinquans ſtatum eius deplanxit. Secunda ibi. At ego. Tertia ibi. Tuꝫ illa. Dicit primo que ſcilicet philoſophia vbi ꝓ poſtq̄ vidit poeticas muſas aſſiſtētes noſtro thoro ideſt lecto quia Boetius tanq̄ eger in lecto decubuit: ⁊ cum vidit muſas dictātes carmina meis fletibus ipſa philoſophia pauliſper: ideſt aliquantulum commota ⁊ inflammata. i. incēſa toruis luminibus. i. crudelibus vel terribilibus oculis igr. Quis permiſit has meretriculas ſcenicas. i. vmbroſas accedere ad hunc egruꝫ: que dolores eius non modo. i. non tm̄ non fouerent. i. non ſanarent vllis remedijs. i. medicamentis: verum pro ſed alerent ſupple dolores eius dulcibus venenis. He ſunt enim muſe que infructuoſis ſpinis affectuum ideſt paſſionuꝫ: necāt. i. ſuffocāt vberem. i. fertilem fructū rationis fructibus. i. in fructibus ſuis ⁊ mentes hominum aſſuefaciunt morbo nō liberant. Tunc alloquitur muſas dicens. O muſe ſi veſtre blanditie detraxiſſent nobis quem. i. aliquē virū prophanum. i. illiteratum vti pro tanquam ſolitum. i. ſimilem vulgo. ego putarem ferendum. i. patiēduꝫ minus moleſte quippe in hoc nihil lederentur nr̄e opere. i. noſtre ſedulitates ſed vos allexiſtis nobis hunc hominem enutritum: ſtudijs. i. ſcientijs. eleaticis. i. ariſtotelicis atqꝫ achademicis: ideſt platonicis: tunc fugat eas dicens. Sed habite. i. recedite vos ſyrenes dulces vſqꝫ in exitium: ideſt in mortem ⁊ relinquite eum curādum meis muſis: ideſt doctrinis ſaluciferis. tunc iſte chorus: ideſt turba muſarum increpitus. i. redargutus meſtior: ideſt triſtior exiſtens vultū ſuum deiecit. ideſt inclinauit humi ideſt terre ⁊ rubore confeſſus verecundiā triſtis exceſſit. ideſt exiuit limen. ideſt domum in qua decubuit Boetius. **Muſe.** Notandum ꝙ ideo muſe poetice dicebantur aſſiſtere thoro Boetij. q2 Boetius ſtuduit metrice dolorem ſuum conſcribere. Item philoſophia dicitur pauliſper cōmota per quod innuitur ꝙ ira immoderata nō debet cadere in virū ſapientē. q2 virtus cōſiſtit in moderatione paſſionum. Unde licet iraſci ſit homini naturale; tamen iraſci quandoqꝫ oportet.

⁊ vt oportet quantum oportet eſt hominis virtuoſi ⁊ ſapientis. Unde Sen̄. Quid crudelius ira. Similiter de virtutibus cardinalibus. Eſto tardus ad iram. Item interrogatio quandoqꝫ fit cauſa ignorantie alicuius aliquando vt reſponſione facta aliquid probetur. quandoqꝫ fit propter increpationem faciēdam: ⁊ hoc vltimo modo philoſophia iterrogat dicēs. quis has ſcenicas meretriculas ⁊c. ¶ Notandum ꝙ muſe poetice dicuntur meretricule. ſicut enim meretrix allicit hominem delectādo nihil vtilitatis ſibi conferendo: ⁊ commiſcet ſe cuilibet non ex amore: ſed ſpe lucri ita poete non ſcribunt amore ſciētie: ſed vt aliquid laudis vel premij conſequant: delectant ratione metri modicum vtilitatis conferendo: ſed diuerſas paſſiones inducendo. Appellat autem philoſophia muſas meretriculas ſcenicas: quia carmina poetica in ſcena conſueuerunt pronūciari. ¶ Ubi nota ꝙ ſcena dicebatur locus vmbroſus in theatro vbi abſcondebantur perſone pronunciātes carmina tragica vel comica. Unde ſcena interpretatur vmbratio vel vmbra. Uel ideo muſe poetice dicuntur ſcenice ideſt vmbratiles qꝛ. ſunt vmbra ſcientie non vera ſcientia: cum obumbrant mentis hominum. Scena.

¶ At ego cuius acies lachrymis merſa caligarat: vt nec dignoſcere poſſem que naꝫ hec eſſet mulier tam imperioſe auctoritatis: obſtupui: viſuqꝫ in terram defixo quidnam deinceps eſſet actura expectare tacitus cepi. ¶ Tum illa propius accedens: in extrema lectuli mei parte cōſedit: meumqꝫ ītuens vultum luctu grauem atqꝫ ī humuꝫ merore deiectum his verſibus de noſtre mentis ꝑturbatione conqueſta eſt.

Item metrica deſcriptio doloris non ſanat doloreꝫ ſed magis auget quia conſideratio miſerie eſt prouocatiua triſticie. vnuſquiſqꝫ autem cuꝫ diligentia conſiderat quod deſcribere vult. Itē metrica dſcriptio dr̄ eſſe dulce venenū: qꝛ placet ⁊ nocet rōnē metri placet: ſꝫ ꝓpter recordationem doloris nocet. Itē affectus eſt vehemēs animi paſſio animū torquens: ⁊ verum iudiciuꝫ rationis impediens. Et ſunt quattuor affectus animi: gaudiū: dolor: ſpes ⁊ timor: qui dicuntur infructuoſe ſpine: quia ſuffocant ſegetem rōnis que eſt ſcia ⁊ virtus. Itē lꝫ de omni errore dolēdum ſit potius tamen de errore ſapiētis ꝙ̄ inſipientis. nā error ſapiētis alios exēplo corrūpit: error aūt inſipientis nō qꝛ ab inſipiente nō trahitur exempluꝫ. Propter qꝺ dicit Salu. Oīa mala exēpla de rebus bonis orta ſunt Ergo dicit phia magis dolendum de errore. Boe. ꝙ̄ alius ꝓphani. Item ſcđm Hug. phanū idem eſt qꝺ templū. tñ ꝓphanus. i. ſacrilegus: quaſi ꝓcul. a phano. i. a tēplo. Prophanū etiā dr̄ quicquid non eſt ſacrū. Uñ oēs laici ⁊ illitterati dicūtur ꝓphani quaſi ꝓcul a phano ſapiētie. Itē ſcđꝫ Hug. opa ope eſt ſedulitatis in rebus agēdis. opa aūt phie eſt intentio vel labor ad aliqd phicuꝫ adipſcenduꝫ. Itē eleys eſt ciuitas grecie in qua ſtuduit Ariſtoteles. vñ ſtudia ſua dicuntur eleatica. Achademia aūt fuit ciuitas vel villa inqua ſtuduit Plato. vñ ſtudia ſua dicuntur achademica. Utriſqꝫ autem ſtudijs Boe. fuit enutritus. ¶ Item phia muſas appellat ſyrenes. Sicut enī ſyrenes dulcedine cātus attrahūt naues piclitando eas: ſic muſe delectatione metri alliciunt homines vel mentes hoīum ⁊ rōnem aliquo affectu ſubmergunt ⁊ obſcurāt. Itē ꝙ vna phia cōuentū muſarū expulſit ſignatur ꝙ vnus ſapiēs ſua virtute ⁊ ſapientia infinitos errores ſtultorū extinguit. ¶ At ego cuius acies. Hic Boe. oſtēdit quomodo obſtupuit de actu phie dicens. At ego boe. cuius acies. i. viſio merſa lachrimis caligarat. i. obſcurata fuerat vt nec poſſem dinoſcere. i. inueſtigare que naꝫ. i. que eſſet hec mulier tam impioſe auctoritatis. i. potentie ego obſtupui. i. miratus ſui: ⁊ defixo. i. inclinato viſu in terrā tacitus cepi expectare quidnaꝫ deinceps. i. conſequenter eſſet actura circa me. ¶ Notandum qꝛ Boe. doluit de amiſſione rerū tpaliuꝫ eius acies. i. ratio. ⁊ intellectꝰ caligarat. i. ꝙ nō potuit cognoſcere phiam. ¶ No. ꝙ licet Boe. de actu phie obſtupuit tñ tacitus expectauit quid deinceps facere vellet. ꝑ hoc innuens ſe eſſe talem qui conſolationem acciperet. Qui enim refutant alios audire nec audita ratione acquieſcunt. tales ſibiipſis obſtaculum cōſolationis faciūt. ¶ Tuꝫ illa ꝓprius accedēs. Hic Boe. oſtēdit quomodo phia ſibi appropinquans ſtatum ſuuꝫ deplanxit dicens. Tum illa. Phia. accedens propius conſedit in extrema parte lectuli. i. cordis mei: ⁊ intuens vultum meum grauem. i. grauatum luctu. atqꝫ deiectuꝫ. i. declinatū ī humum. i. in terram. merore. i. triſtitia cōqueſta ex his verſibus ſequentibus de ꝑturbatione noſtre mentis. ¶ Nota ꝙ philoſophia dicitur ſediſſe in extrema parte lectuli. i. cordis Boeti. Nam cuꝫ eſſet in triſticia ⁊ dolore propter amiſſionem rerum temporalium parum vel nihil ſapientie habebat et quia tota cura eius erat circa terrena amiſſa: ideo dicitur habuiſſe vultum merore deiectum in humum.

Affectus

Syrene.

¶ Aſcenſius.

Hec dum mecum tacitus ⁊c. In hac prima proſa. Boe. per fantaſiā quandam inducit pſonam cum qua locuturus eſt. i. philoſophiam: eiqꝫ habitum ⁊ corporis habitionem rei congruam conſignat: deinde ꝙ̄ ſeuere poeticas muſas exegerit deſcribit. Circa priorem partem aduertendum eſt non tam apte philoſophiam vocari atqꝫ philoſophum. Philoſophi enim nomen vulgata ſententia a Pithagora inuentum dicitur: qui cum ſe ſophum ideſt ſapientem appellari nollet. philoſophum. i. amatorem ſapientie ꝓfeſſus eſt. Philoſophia autem non eſt amatrix ſapientie: ſed ipſa ſapientia: vnde magis cōgrue ſophia diceretur: niſi ꝙ ea ſapiētia philoſophia dici poteſt que in philoſophorum libris habetur, y ſila eſt latine dictuꝫ caue ne barbare dis

Pho.

Phia.

cas. videtur mihi ꝙ bonus ſis: dicendum enim videris mihi bonus. Reuerendi vultus oculis arden-
Locutio noua. tibus. Non vſitata latinitas. Nam licet partes ⁊ proprietates ſeu qualitates ⁊ quantitates pulchre
iungantur toti vel ſubiecto in genitiuo vel in ablatiuo cum adiectiuo et iam genitiui vel ablatiui ca-
ſus rarum tamen eſt: vt valla docet in vna locutione vtrunqꝫ caſum reperire quod tamen in Plinio le-
ctum docet. nec vituperandum quotiens accentus ſeu melioris ſonoritatis gratia fiat: ſicut hoc loco
quod patebit qui duras aures non habent ſi totam locutionem in vno caſu poſuerint. Reſpicientium
q̃ male poſita eſt coniunctio. dic ergo ſe ſeqꝫ reſpicientium hominum. P. grecum grammatice dictum.
Omnia litterarum nomina tam apud grecos q̃ apud latinos generis neutri ſunt. potior tamen ratio
Genus nominum. eſt apud grecos. Pro quo animaduertat tyrunculus: genus rerū inſaratarum: fere a generalitate ſu-
mi: quia enim hec nomina fluuius: menſis: ventus maſculina ſunt: ideo fluuiorum: menſium: vento-
rumqꝫ nomina maſculina putantur: vt araris: boreas: aprilis. Item quia ciuitas arbor feminina: ideo
⁊ ciuitatum arborumqꝫ propria: vt babilon: pinus: quia ergo gramma apud grecos neutrum: ideo et
grammaticum idest litterarum nomina neutra ſunt. Apud latinos autem: quia littera femininum: ideo
litterarum non vnq̃ feminina ponuntur vt apud Donatum in a productam. Quoniam tamen elemen
tum neutrum eſt ⁊ omnia indeclinabilia que non ſunt ſignificationem nota apud latinos neutri ſunt ge
neris: ideo grammatice in neutro genere litterarum nomina poſueris. Si auctoritatem ſuperioris re
gule queris: lege Seruium grammaticum ad illud quarti eneid. Solaqꝫ culminibus feriali carmine
bubo. viſa queri. Ubi docet genus plerumqꝫ relicta ſpetialitate a generalitate ſumi vt ſola bubo ſubau
ditur auis. P. autem ſignificat praticam philoſophiam idest operatiuam: quia praxis dicitur operatio.
T. autem rhetoricam idest ſpeculatiuam: quia theorie ſignificat inſpicio: vnde theatrum locus ad ſpe-
ctandum aptus et rerum omnium inſpector: deus grece theos dicitur. In ſcalarum erecte ſingulari
enim caret authore valenſi. Et particulas quas quiſqꝫ ⁊c. Hoc quoqꝫ de ſacris litteris in chriſti veſti-
um diuiſione ſignatum ſacre atteſtantur homelie. Legunt alij obſtulerant: ⁊ neutrum incongruum ſed
in plurali numero aptius: vt illud quas quiſqꝫ potuit per modum parentheſis legatur. Septimum re-
galis eſt virga non incongrua ſapientie ſeu philoſophie que de ſe. Prouerb. viij. Per me inquit reges re
gnant vt legū conditores iuſta decernunt. Indeqꝫ libellos gerit. ❡ Que vbi poeticas muſas ⁊c. Hec
eſt ſecunda pars huius proſe. Pro qua intelligenda maximopere neceſſe eſt: quod ſuperius diximus.
Sermonem debere congruere perſone loquenti vnde in ſuperiori carmine Boe. in ſua perſona loquẽs
ſub qua triſtem ⁊ conſolationis indigentem agit poeticis muſis quodam modo gratificatur ꝙ ſe non
dereliquerint. Hic. vero philoſophiam inducit eas profugantem. Poetica enim profeſſio quibuſdam
fere philoſophantibus odioſa fuit bonis vt reor philoſophis: ideo ꝙ dum deorum hominumqꝫ adul-
teria palam licet ſub velamento aliud intelligant. deſcribunt bonis moribus nocumentum afferebant.
vt Auguſtinus de ciuitate dei abunde docet. Qui eos a Platone a bonis ciuitatibus exactos teſtatur.
Malis autem ⁊ ſpeciem philoſophie ſub vita nequam gerentibus odioſi ſi erant poete: ꝙ cum ipſi diui-
num illud dicendi genus aſſequi non poſſent viderentqꝫ illos pluris q̃ ſe haberi ſperabant ea crimina
tione poeticum nomen delere. Utriſqꝫ ergo inuiſum nomen poete. quo circa. perſius cornutum philo-
ſophum contumelioſe de poeticis figmentis loquentem inducit ſatyra quinta. Nebulas elicone legun
to ⁊c. Neqꝫ vero omnino poeticas muſas nunc exigendas docet philoſophia: ſed a viro tali qualem
Boe. repreſentabat. Neqꝫ muſas omnes damnant: ſed poeticas duntaxat: quia philoſophicis muſis
eum curandum ſenſet. Quapropter vt de vna re ſemel loquatur. Muſe a pleriſqꝫ nouem ponuntur.
Muſe. Quarum nomina ⁊ inuenta ſic ponit Uirg. Clio geſta canens tranſactis tempora reddit. Melpome-
ne tragico proclamat meſta boatu. Comica laſciuo gaudet ſermone thalia dulciloquis calamos eu-
terpe flatibus vrget. Terpſicore affectus cytharis mouet: imperat: auget. Plectra gerens eratho ſal-
tat pede: carmine vultu. Carmina calliope libris heroica mãdat. Urania poli motus ſcrutatur ⁊ aſtra
Signat cuncta manu loquiturqꝫ polymnia geſtu. Mentis appollinee vis has mouet vndiqꝫ muſas.
In medio reſidens complectitur omnia phebus. Clio hyſtorias inuenit. Melpomene tragedias.
Thalia comedias. Euterpe tibias. Terpſicore pſalterium. Eratho geometriaꝫ. Calliope litteras. Ura
nia aſtrologiam. Polymnia rhetoricam. Hec Uirgili. Sunt ergo muſarum nomina: Clio: Melpome-
ne: Thalia: Euterpe: Terpſicore: Eratho: Calliope: Urania: ⁊ polymnia. Quorum que in a exeunt decli
nantur more latino ſicut muſa: que in e ⁊ in o more greco. Nam in e habent genitiuum in es datiuum
in en reliquos caſus in e ſicut penelope: In o autem habent genitiuum vſitantis in us accuſatiuum ⁊
vocatiuum in o reliqui autem caſus in latinorum vſu non ſunt: vt hec clio huius clius ⁊c. Sunt autē
omnes muſe inuentrices. Nam hoc nomen muſa ſecundum alios dicitur a moſios: idest ab inda-
gatione inquiſitione: ſecundum alios a myen quod eſt docere. Clio interpretatur gloria: dicitur
enim cleos gloria apud grecos. Hec hyſtoriam inuenit. vnde multum glorie ⁊ ſcribentibus: ⁊ ijs de
Melpomene. quibus ſcribunt naſci ſolet. Cadmus autem thebanorum rex primus hyſtoriam ſcripſiſſe ſecundum
Plinium fertur: ſed non ſine muſa: idest inuentione ⁊ glorie cupiditate. ❡ Melpomene tragediam inue
Thalia. niſſe dicitur: que magno eiulatu agi ſolebat. Melpo autem idem eſt ꝙ canto. ❡ Thalia dicitur a tha-
Euterpe. lein. quod eſt florere: inuenitqꝫ comediam veterem que ſatyrarum more laſciuis verſibus conſtabat.
Terpſicore. ❡ Euterpe ab eu quod eſt bonum: boni ſoni ⁊ tybiciarum inuentrix dicitur. ❡ Terpſicore delectan-
Eratho. do nomen ſumpſit. Nam terpone dicitur delector: inuenit autem cytharam cū choreis ⁊ ſaltationi
Calliope. bus. ❡ Eratho ab amore quem erotha greci vocãt: ſecundum quoſdam deducitur: inuenitqꝫ geo-
Urania. metriam. et plauſibus gaudet. ❡ Calliope dicitur pulchra vox: inuenitqꝫ heroicum carmen. ❡ Ura
nia dicitur ab vrano: idest celo et aſtrologiaꝫ inueniſſe dicitur. Polymnia autem a multa memoria no-

men ſumpſit vel a multa laude. Nam pauli multum ⁊ hymnos laus dicitur ⁊ rhetoricam inueniſſe a Polymnia.
marone dicitur. Ut autem landinus recitat Anaximander Lampſacenus ⁊ xenophanes Heracliopa
lites dicūt poetas eſſe in tutela appolinis: qui lyra canit. ⁊ nouem muſarum in quarum medio ipſe reſi
det. Per appolinem autem humanam vocem intelligunt que nouem inſtrumentis perficitur. Hec autē
fulgentio teſte intelligunt quattuor anteriores dentes quorum ſi quis deſit ſibilus ⁊ non plena vox ex
ore prouenit item duo labia. ſeptimum eſt lingua: octauum eſt palatum: quod greci vranion vocant quo
niam ſit ad formam celi: celum autem vranos appellatur: qua ex re octaua muſa dicitur vrania nonuȝ
inſtrumentum eſt gutturis profunditas per quam ſpiritus egreditur. Plato autem ille diuinus philoſo
phus ponit quattuor furoris genera inter que ponitur poeticus furor: quem a muſis prouenire demon
ſtrat. Muſas autem appellat celeſtium ſpherarum cantus nam in libro de repu. ſingulis ſpheris ſingu
las ſyrenas appoſitas dicit motum ipſum ſpherarum ac ſonum qui inde ſit ſignificans. Quapropter
octo ſpheras octo muſas ac ꝑ illarum cōcentū nonam ponit: quam quoniam armonia vna eſt ex omni
bus ſuauiſſime compoſita: excellentiſſimam dicit heſiodus. Ergo poeſis a diuino furore: furor a muſis:
muſe a ioue eodem platone teſte proueniunt. Accedit ad hanc opinionem ꝙ phebuȝ ideſt ſolem qui me
dius planetarum eſt in medio muſarum ponunt. Unde illud virgilianum. In medio reſidens complecti
tur omnia phebus Qui quidem virgilius atteſtatur muſas iouis filias cum dicit. Adeſte muſe maximi
proles iouis ⁊c. Alcimenon autem ⁊ nonnulli alij eas celi ⁊ terre filias dicunt. Theodontius vero teſ-
pie ⁊ menonis filias eſſe vult. Diodorus addit muſas fuiſſe octo puellas: quas oſyris vrbem pagrans
in exercitu duxit. eo ꝙ cantu ⁊ alijs diſciplinis eſſent inſignes. Alio etiam loco ſcribit muſas a patre io
ue litteras ⁊ verſum compoſitionem ideſt poeticen doctas eſſe. Uarro romanorum doctiſſimus qui eaſ
dem ⁊ muſas ⁊ nymphas appellat: tres duntaxat ponit muſas. Unam que ex aque naſcitur motu. Al
teram que ex aeris percuſſi ſono. Tertiam que mera tantum voce conſiſtit. Patet ergo per fictionē poe
ticam aut rem hyſtoricam aut diuinam aut naturalem intelligi oportere quam qui non capiunt falſita
tis criminantur immeritos poetas. ¶ Sciendum tamen triplex eſſe poetarum inſtitutum iuxta Hora Poetarum
tium in de poetica vbi dicit. Aut prodeſſe volunt aut delectare poete. Aut ſimul iocunda ⁊ ydonea di- offitium.
cere vite. Alij enim duntaxat delectationis gratia verſus edunt. Alij ſolius vtilitatis ⁊ bone doctrine
gratia. Alij propter vtranqȝ. Primis dantur poetice muſe: ſecundis ⁊ tertijs etiam philoſophice. Bo-
ne enim doctrine ⁊ morum inſtitutiones ex philoſophicis accipiebantur. Quia ergo Boetius hoc eſt
per eum ſignificatus: non opus habebat muſis delectationem inanem cauſantibus: ſed veram conſola
tionem ex magnanimitate ⁊ ſapiētia generantibus: ideo philoſophia expulſis poeticis muſis ſuis: ideſt
philoſophicis muſis eum curandum dicit. Uocat autē poeticas muſas eas dico que ad ſolam delecta
tionem faciunt meretriculas ⁊ ſyrenas eo ꝙ more earum animos illiciunt. Syrenes a greco verbo he Deducta a
re immutata aſpiratione in s litteram deduci conſtat. Eſt autem herem connectere ⁊ retinere. Fuerunt grecis.
vt poete dicunt tres acheloi fluminis filie ex calliope muſa. He inſulas quaſdam iuxta pelorum inter
Siciliam ⁊ italiam habitaſſe ſcribuntur. Quod Ouidius etiam tetigit. xiiij. Metamorphoſeos. dum
Enee tranſituȝ deſcribens inquit. Terraſqȝ calenti Sulfure fumatas acheloidumqȝ reliquit. Syrenū
ſcopulos harum vna voce teſte Seruio ſuper. v. Eney. circa finem alia tibijs: alia lyra canebat. Sed
tanta dulcedine cantus tranſeuntes nautas afficiebant: vt ſopirentur: quos cum ſopitos perſentiſce
rent ſubmergebant ⁊ deuorabant. ¶ Quare cum iuxta illas tranſiturus eſſet Ulixes admonitus a Cir
ce ſociorum aures cera obturauit: ⁊ ipſe ſe ad nauis malum ligari iuſſit: atqȝ ſic quoqȝ tranſijt illeſus.
Quod ille grauiter ferentes ⁊ ira ſuccenſe atqȝ dolore commote ſe precipitauerūt in fluctus quod Iu
uenalis tetigit apud quem dicit Neuola. Nam cum pro me fortuna rogatur. Affigit ceras illas de na
ue petitas. Que ſiculos cantus effugit remige ſurdo. Dicuntur autem tres fuiſſe. Parthenope a
qua ciuitas illa que nunc neapolis: ideſt noua ciuitas dicitur denominata eſt cum illic ſepulta eſſet. Itē
leucoſia ⁊ ligia. Multa de his Claudianus: ⁊ Uirgilius opuſculum etiam confecit: ſed potiſſimum.
Homerus in. xij. Odiſſee vbi ſyrenes dulciſſimuȝ cantum habent: cuius ſenſus eſt. Huc ades incli-
te Ulixe magna achiuorum gloria hic nauem ſiſte: vt noſtram vocem audias. Nemo enim vnquam
hac iter: quin noſtri cantus ſuauitate demulceretur: qua oblectatus ⁊ plura doctus a nobis dimit-
titur a nobis. Haud enim nos fugit quid apud magnam Troiam greci ſimul ⁊ troiani deorum vo-
luntate geſſerunt. Scimus preterea quicquid in alma terra agitur ⁊c. Hec verba ſuauibus quoqȝ car
minibus Cicero tranſtulit. quorum primum eſt. O decus argolicum quin puppim flectis vlyxe. Non
opus eſt dicere. Syrenes etiam dici apes imperfectas ⁊ inutiles. Item volucres in india eſſe qua-
rum cantu homines mulceantur: quos ſomno grauatos lacerent. Sic etenim ſingula que de hoc vo
cabulo legerim tranſcribere velim nimis prolixus eſſem. Certum eſt autem ꝙ ſcribitur in prima ſylla-
ba per i noſtrum longum: quia grece habet ei diphthongum: dicitur hec ſiren huius ſirenis: in accuſa
tiuo hunc ſirena non ſirenem: ⁊ in plurali has ſirenas: quia in accuſatiuo plurali nominis tertie decli
nationis ab accuſatiuo ſingulari in a habetur frequens accuſatiuus in as ab em es: ⁊ ab in is. Quia
etiam obliqui greci ſepe in nominatiuos latinos tranſeunt. vt delphinus arabus elephantus: a geniti
uis horum nominum delphin arabs elephas mutando os in us. Ideo ab accuſatiuo ſirena fit etiam
nominatiuus hec ſirena huius ſirene: ſicut ab acuſatiuo hanc caſſida fit hec caſſida ⁊c. ¶ Deiecit hu Humi.
mi meſtior vultum. Simile loquendi genus non paſſim inuenies: ponitur enim genitiuus humi pro
eo quod eſt in humum vel ad humum voluntqȝ ob id nonnulli grammatici genitiuum humi ita poſſe
conſtrui. Meſtior a meſtus deducitur. circa quod vocabulum aduerte ſecundum Lauren. de valla
comparatiuum nomen ſemper plus ſignificare de forma in qua fit comparatio ꝗ abſolutum ſeu poſi-

De compa ratiuis. tiuum: vt iunior: licet minus habeat annorum ꝙ̄ is quem iuuenem appellamus: habet tamen plus de
iuuenilitate: ⁊ ita dicam. ⁊ minor plus de paruitate ꝙ̄ paruus: licet minus de magnitudine. Verun-
tamen non te fugiat puer comparatiuum nomen apud idoneos authores ſepenumero poſitum eſſe per
quandam temperationem ⁊ imminutionem ſignificationis: ſeu per ſe: ſeu gratia ſubintellecti. Mode-
ſtius enim ⁊ ſubmiſſius appellamus hominem iracundiorem ꝙ̄ iracundum: ⁊ liberiorem ꝙ̄ liberum.
Hic eſt triſtior: Seruio teſte: eſt idem quod ſubtriſtis: hoc eſt non plene triſtis ⁊ meſtior. hic non ad-
modum meſtius ſed tamen aliquanto meſtior ꝙ̄ deceat aut ꝙ̄ ſolcat. Unde ſubaudiente mihi videntur
huiuſmodi particule. Meſtior ſupple aliquãto vel paulo ꝙ̄ decens: aut iuſtu͂: aut honeſtum: aut equũ:
aut operepretium: aut ſolitus ſit: ⁊ ita in conſimilibus. ¶ In extrema lectuli parte conſedit. Hoc ver
Conſido. bum compoſitum potius putem a con ⁊ ſido ꝙ̄ ſedeo: quia conſidere proprie eſt ſedere per motũ ⁊ mi
grationem capere: quia ergo deſuper venerat recte conſidere dicitur: ſicut in primo Eneidos. Vultis
⁊ his mecum pariter conſidere regnis. Nec moueant qui dicunt ſido non habere preteritum. Id enim
vt Laurentius recte probat non recte dicunt. Nam ſedi facit ſicut ⁊ ſedeo. Cetera aperta ſunt. ¶ Or-
Cõſtructio. do talis eſt. Dum ego tacitus ideſt tacens: vtrunqꝫ ſignificat ⁊ actiue ⁊ paſſiue. actiue hoc loco. paſ-
Tacitus. ſiue apud Senecam. Quod facis ⁊ eſſe vis nemini dixeris. Et .vj. Eneidos. Quis te magne Cato taci
tacitum tum eſſe vis ⁊c. reputarem mecum ideſt recogitarem ⁊ animo voluerem hec ideſt huiuſmodi carmina:
⁊ deſignarem ſeu aſſignarem ⁊ cõmitterem: offitio ſtili ideſt illius inſtrumenti quo olim in ceratis tabu
lis ſcribebam querimoniam lachrymabilem: mulier vultus admodum reuerendi ⁊ oculis ardentibus
⁊ perſpicacibus ideſt perfecte ⁊ ad intima videntibus ⁊ penetrantibus vltra ↄmunem ideſt vulgarem:
valentiam ideſt potentiam hominum. item colore viuido atqꝫ inexhauſti ideſt inexhauſtibilis vigoris. Se
pe enim participia preteriti temporis pro verbalibus leguntur. vt i principio. vij. Eneidos. Inacceſſos
pro eo quod eſt inacceſſibiles fere: ꝙ̄uis ipſa foret ita plena cui vt nullo modo crederetur eſſe noſtre eta
tis: mulier inꝙ̄ taliter diſpoſita viſa eſt mihi aſtitiſſe ſupra verticem. i. ſummitatem capitis. Ubi duo no
tabis puer. Primum ꝙ dicit ſignanter viſa eſt aſtitiſſe: non autem aſtitit. Per hoc enim innuit ſe per fan
taſiam ⁊ fictionem loqui. Sicut Virgilius locuturus per fictioneꝫ poeticam verbum aliquod premit-
tit per quod ſe ab hyſtorica veritate diſcedere ſignificat: dicẽdo vt fama eſt vt perhibẽt aiunt. fertur ⁊c.
Supra. Scd̃m eſt ꝙ latine dicit ſupra verticẽ non ſuper Nam hoc fere obſeruant docti: vt dum res ſuperior in
Super. feriori contingit ſuper eam eſſe dicãt: vt ſuper humeros portauit te dũ vero ſpaciũ inter vtrãqꝫ eſt ſu-
pra vt ſupra caput noſtrum ſydera ſunt non ſuper. Statura ſup. erat ambigue. i. dubie ⁊ incerte diſcre
tionis. Nam ipſa cohibebat ideſt conſtringebat: vel contrahebat ſe quideꝫ nunc ideſt vno tẽpore ad cõ
munem menſuram hominuꝫ. vero pro ſed ipſa videbatur nunc ideſt alio tempore pulſare ideſt pul ando
pingere celum altum: acumine ideſt extremitate ſummi verticis. que quum extuliſſet altius ꝙ̄ ſolebat
caput ſuum: ipſum caput penetrabat ideſt penitus intrabat etiam celum: ⁊ fruſtrabatur intuitus ideſt
inſpectionem hominum reſpicientium ſe ideſt philoſophiam. ¶ Veſtes erant ⁊c. notiſſima ſunt vei ha
tertus. Quas quiſqꝫ potuit ⁊c. ſi legis abſtulerant ordo eſt: ⁊ manus violentorum abſtulerant parti-
culas veſtium quas quiſqꝫ eorum potuit ſupple auferre. Si abſtulerit ordo eſt ⁊ quiſqꝫ illorum violen
torum abſtulerat particulas quas potuit abſtuliſſe. Que dolores eius non modo nullis. hic nota mul
Non modo. tos errare legendo vllis pro nullis. Nam ſepe male auferunt negationem: poſt non modo: non ſolum:
non tantum: ne dum: non ſcientes priorem negationem non augere in ſequentia: niſi repetatur. Non
dicis ergo. Non ſolum te amo: ſed odi: quia falſum dicis. Si enim amas non odiſti. ſed dicere de-
hes. Non ſolum te non amo: ſed odi. ¶ Ordo eſt. philoſophia inquit. quis permiſit has meretricu-
las ideſt animorum illetrices more meretricularum: ſcenicas ideſt que in ſcenis verſari ſolent: accede
re ad hunc egrum. Que meretricule nullis pro non ⁊ vllis: non modo non fouent vllis remediis do-
lores eius videlicet egri: verum etiam alerent inſuper dulcibus venenis. He ſunt ⁊c. aperta ſunt ver-
ba. At pro ſed ſi veſtre blanditie ideſt molles affectationes ⁊ contractus. caret autem hec dictio blan
ditie ſingulari numero. detraherent nobis quem. i. aliquem prophanum. i. non initiatum iſtitutionibus
philoſophicis. ſolitum. i. ↄſuetum vti vulgo. i. rebus vulgaribus vel ſic vti. i. quẽadmodum ſolituꝫ ſup.
eſt fieri vulgo. i. vulgariter. ego pħa putarem eſſe ferendum. i. tollerãdum ⁊ patienduꝫ minus moleſte.
Nota de pri ma perſona. Aduerte de prima pſona licere nunc ſingulariter nunc pluraliter loqui vt hic philoſophia de ſe loquẽs
nobis dixerat: ⁊ ſubiungit putareꝫ ſingulariter. Quippe quia certe opere mee ideſt operationes ⁊ cure:
Opera. nihil lederentur in eo: ideſt in tali qui eſt vſus non ſit. Opera opere aliquando eſt operarius: aliquando
operatio diligens: opus autem eſt quod fit per operam vnde locamus operas noſtras ⁊ vendimus ope
ratio diligens: opus autem eſt quod fit per operam vnde locamus operas noſtras et vendimus opera
Solet parabolice dici opera eſſe matrem operis Nunc vero ⁊c. Hic animaduerte lector obſeruatum
eſſe decorum quod ſupra diximus in affectione loquentis. Quia enim philoſophiam inflammatum
ira dixerat author: ideo nunc ei ſermonem obruptum ⁊ iraſcenti congruum atribuit ſicuti Virgilius
eneidos primo. quos ego ſed motos preſtat componere fluctus. Et Teren. in eunucho. Ego ne illam
que illum: que me que non: ⁊ ſexcentis aliis locis. Eſt ergo apoſiopiſis: ideſt reticentia facta propter
iram animi. Poſſit autem multis modis compleri. Aut ſic. Nunc vero nutritum eleaticis ſtudiis
⁊ achademicis: nequaqꝫ ferendum eſt abduci. Aut potius ſic. hunc vero eleaticis ſtudiis enutrituꝫ
audetis nobis ſcelеſte meretricule detrahere? hoc autem modeſte ſuppreſſit. Unde addit. ſed ſyre-
nes: ideſt animoruꝫ illectrices ⁊ deceptrices cantationibus veſtris dulces vſqꝫ in exitium: ideſt vlti-
mam vite exitionem hoc eſt mortem abite potius ꝙ̄ ſupple cogitatis me in vos ſeuire: aut male de
vobis proloqui: hũc ꝙ̄ hunc noſtrum decipiatis: et relinquite eum curandum et ſanandum meis: ideſt
philoſophicis muſis ideſt inuentionibus aut modulis. Ne quid autem pretermittam: elea ⁊ achade-

mia loca ſunt i qu bus maximopere viguerunt philoſophi. Nam eleam phoceuſium coloniam zeno pa- Eleatici.
triam habuit:⁊ Leucippus:achademiam athenienſem Plato inhabitabat. Eſtqꝫ vt laercius docet acha- Achademi.
demia locus in ſuburbano athenienſi nemoroſius a quodam heroe achademo nomine ſic appellatus.
Eandem Speuſippus zenocrates pluresqꝫ alij poſtea coluerunt:ſed pergo ille chorus: ideſt cetus poe-
ticarum muſarum increpitus ideſt cum crepitu ⁊ acerbitate reprehenſus effectus meſtior ideſt paulo-
poſt ꝗ̄ ſolebat meſtus vel aliquantulum deiecit humi ideſt ad humum. vultum ideſt oculos ſuos. Vul- Vultus
tus enim proprie eſt qualitas faciei que voluntatem hominis prodit. vnde a volando deducitur:⁊ con-
feſſus ideſt proteſtās verecundiam propter reuerentiam philoſophie incuſſam rubore:exceſſit triſtis li-
men:ideſt lignum limum hoceſt tranſuerſum in hoſtium carceris. ¶ At ego cuius acies.i.acumen ocu-
lorum merſa ideſt obrupta lachrymas caligarat ideſt caligauerat: hoc ē tenebris obſcurata fuerat ita
vt non poſſem dignoſcere que nam eſſet hec mulier auctoritatis tam imperioſe ideſt tantum cupide im-
perij vel tam ſuperbe imperantis. Ego obſtupui ⁊ cepi ideſt incepi tacitus ideſt tacens expectare: ideſt
obſeruare ⁊ hoc dico viſu meo defixo in terras: quidem ideſt quam rem ipſa eſſet actura deinceps ideſt
poſtea. Illa accedens tum ideſt tunc propius. conſedit ideſt locum cepit in extrema parte mei lectuli:⁊
intuens meum vultum grauem ideſt grauatum luctu atqꝫ deiectum in humū merore ideſt propter me-
rorem:eſt conqueſta de perturbatione noſtre mentis his verſibus qui ſequuntur.

¶ Metrum ſecundum primi libri. Loquitur Philoſophia.

Heu ꝗ̄ precipiti merſa profundo
Mens hebet: et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras:
Terrenis quotiens flatibus acta
Creſcit in immenſum noxia cura.

¶ Sanctus Thomas.

Heu ꝗ̄ precipiti merſa profundo. hic incipit metrum ſecundū hu-
ius primi quod voca-
tur metrum dactilicū
a pede predominante:
⁊ dicitur tetrametrū a numero pedū:
a terras quod eſt quatuor quia quat-
tuor pedes continet. Et dicitur hi-
percataleticum propter ſyllabā ha-
bundantem poſt duos pedes in me-
dio verſus. Verbi gratia. Primus
pes eſt heu ꝗ̄: ſecūdus precipiti. ſed
ſyllaba ti. huius nominis precipiti.
ſuperabundat. tertius eſt merſa pro.
quartus fundo. Similiter eſt i alijs.
In hoc ergo metro philoſophia de-
plangit ſtatum Boetij dolēdo de per-
turbatione mentis eius: ⁊ facit duo. Primo vniuerſaliter philoſophia deplangit perturbationem men-
tis hominum. Secundo ſpecialiter conuertit planctum ſuum ſuper Boe. ibi. Hic quondam. Primo
dicit. Heu ꝗ̄: ideſt ꝗ̄tum mēs hominum hebet ideſt obſcuratur merſa precipiti profundo ideſt cura
rerum temporalium que precipitant hominem: ⁊ talis mens relicta propria luce ideſt contemplatione
tendit: ideſt laborat ire in tenebras externas ideſt in ignorantias exteriores. Hoc autē contingit homi-
ni quotiens ſup. mens acta: ideſt agitata terrenis ſtatibus: ideſt proſperitatibus vel euentibus cura: id
eſt ſollicitudo rerum temporalium. noxia ideſt nociua creſcit in immenſum: ideſt ſupra modū. ¶ Nota
ꝙ in nobis eſt duplex virtus: rationalis: et ſenſualis. ſenſus autem ſemper aduerſatur rationi: qꝛ caro Virtus du-
concupiſcit aduerſus ſpiritum: ⁊ ſpiritus aduerſus carnem. Cum autem ſenſualitas vincit rationem plex
tūc homo eſt i malo ſtatu regiminis ⁊ efficit̄ beſtialis. Unde Albertus ſuper. iij. de anima dicit. Tur-
pe eſt nobis abijcere regimen ſuperioris ⁊ inducere regimen inferioris virtutis quod nobis commune
cum beſtijs. Ideo ſcribitur. iij. Ethicorū in antiqua tranſlatione. Valde conandum ⁊ laborādum eſt
nobis vt virtus noſtra concupiſcibilis ſubiecta ſit rationi. Quēadmodū enim pueri peruerſe viuunt
ſi non a ſuis pedagogis fuerint coacti ad recte viuendum: ſic appetitus ſenſualis ducit nos ad inſolen-
tiam: niſi regula rationis fuerit coartatus. Plures autem homines ſequuntur ſenſualitatem ꝗ̄ ratio-
nem inſudantes bonis exterioribus ⁊ delectationibus ſenſualibus: per que impediuntur in ſpeculatio-
ne ⁊ cognitione ſummi boni: ideo philoſophia hoc deplangens dicit in metro. Heu ꝗ̄ precipiti. Item
cum anima ingerit ſe curis rerum temporaliū profunde precipitatur ⁊ hebet: quia a cognitione rerum
⁊ ſui creatoris deſtituitur. deſtituta cadit i tenebras externas: ideſt ignorantias exteriores. ¶ Ubi no-
ta ꝙ duplex eſt ignorantia: quedam naturalis que eſt in iuuenibus ⁊ decrepitis. ⁊ vocatur ignorantia Ignorantia
interna: quia ex naturali defectu contingit. Alia eſt ignorātia que cauſatur ex negligentia hominis quā- duplex
do ſollicitatur circa exteriora: ⁊ talis dicitur externa: quia eſt extra naturam. de qua dicitur ꝙ omnes
homines naturaliter ſcire deſiderant. Prima ignorantia cum ſit naturalis non eſt vicioſa: quia turpes
a natura nemo increpat: neqꝫ bonos laudat. Secunda eſt vicioſa cum ſit per hominis negligentiam d̄
qua loquitur Boetius. ij. huius. proſa. v. Ceteris animantibus ſeſe ignorare natura eſt: hominibus ve-
ro vicio venit. Itē dixit noxia cura. Unde Sene. in prouer. Magnā partem perturbatiōis ſibi dedit q̄
exterioribus ſe iniecit. Itē ratio ⁊ intellectus dicūtur lux hoīs: qꝛ illuminant hoiem ad cognitionē cre-
atur ⁊ creatoris. Dicunt̄ aūt ꝓprie lux hoīs: qꝛ ſolū gen⁹ hoim viuit arte ⁊ rōne ex ꝓhemio metaphy.

¶ Hic quondam celo liber aperto. Hic philoſophia ſpecialiter conuertit ſe ad deplangendum Boe. ⁊ primo oſtendit quanta contemplatione Boetius quondam viguit. Secundo oſtendit quo modo deſti tutus a tali cōtemplatione ſolum de terrenis cogitabat:ibi. Nunc iacet effeto. Primo philoſophia cō mendat Boet. ab aſtronomia. Secundo a naturali philoſophia. Tertio a metaphyſica. ſecunda ibi. Quinetiam cauſas. tertia ibi. Quis voluat ſtabilem. Primo dicit. Boe. quondam liber:ideſt ſolutus a

¶ Hic quondam celo liber aperto
Suetus in ethereos ire meatus:
Cernebat roſei lumina ſolis:
Viſebat gelide ſydera lune:
Et quecunqꝫ vagos ſtella recurſus
Exercet varios flexa per orbes:
Compreſſam numeris victor habebat.
¶ Quinetiam cauſas vnde ſonora
Flumina ſollicitant equora ponti.
¶ Quis voluat ſtabilem ſpiritus orbem.

cura rerꝫ temporaliū celo ſibi aperto per cognitionem ſuetus fuit ire p rationeꝫ in ethereos meatus ideſt in motus corporum celeſtiuꝫ. ⁊ ipſe cernebat:ideſt ſpeculabatur lumia ideſt radios roſei ſolis ⁊ viſebat:ideſt cuꝫ deſiderio videbat: ſydera ideſt conſtellationem gelide:ideſt frigide lune ⁊ ipſe Boeti. victor ignorantie habebat omneꝫ ſtellam comprehenſaꝫ numeris:ideſt certis computationibus quicunqꝫ ſtella erratica exercet ideſt operabat vagos ideſt varios recurſus nunc progrediendo nunc regrediēdo ſtella inqꝫ flexa ideſt mota per varios orbes ideſt circulos. ¶ Nota ꝙ animo liberato a curis liberalibus conceſſuꝫ eſt philoſophari. ideo quedam artes dicuntur liberales:qꝛ filij liberorum: ideſt nobilium qui erant liberati a curis temporalibus talibus artibus vacabant. ideo dicit phia ꝙ Boet. quondam liber ⁊c. ¶ Notandum ꝙ dixit celo aperto. licet homo planetas celi corporaliter non attingat: tamen ſpeculatione comprehēdit. Hoc pulchre tangit Hermes trimegiſtus dicens. Magnum miraculum eſt homo et animal honorandum. hic

Homo.

anima intellectiua in naturam dei tranſit quaſi ipſe deus ſit hic per naturaꝫ anime dijs eſt coniunctus hic demonum genus nouit:terram colit:elemens commiſcetur:acumine mentis in maris profunda deſcendit:celum quod videtur altiſſimum animi ſagacitate metitur: intentionē animi eius nulla aeris caligo confundit. nec terre denſitas eius operationem impedit non aque profunditas aſpectum eius obtundit. ¶ Nota ꝙ ſol in ortu ſuo apparet roſeus propter vapores interpoſitos inter viſum noſtrum ⁊ ſolem. nam album viſum per fumum apparet rubeum. Etiam licet in meridie vapores ſint interpoſiti:non tamen apparet tunc roſeus: eo ꝙ illi vapores nō ſunt groſſi:ſed ſubtiliati calore ſolis. ¶ Nota ꝙ philoſophia dicit lunam eſſe gelidam: quod non eſt intelligendum formaliter qꝛ prie qualitates que ſunt calidum:frigidum:humidum:ſiccum:non habent locum in corporibus celeſtibus cum non recipiant peregrinas impreſſiones: ſed dicitur luna gelida virtualiter ⁊ effectiue: quia frigus ⁊ etiam humores efficit in inferioribus propter qđ noctes quibus luna preeſt ſunt gelidiores ⁊ humidiores magnis diebus. ¶ Nota ꝙ planete dicuntur habere vagos recurſus: quia mouentur duplici motu: ſcꝫ primi mobilis ab oriente in occidentem:proprio motu ab occidente in orientem:vel ideo quia quandoqꝫ apparent nobis ſtationarij:quādoqꝫ retrogradi: qñqꝫ proprij: quandoqꝫ aliquāliter remotiores. ¶ Nota ꝙ ſtella erratica dicitur flexa:ideſt mota per varios orbes circulorꝫ:ſcꝫ deferentis ⁊ epidicli ratione: quorum circulorum nunc dicūtur progreſſiui: nunc retrogradi:nunc ſtationarij vt dictum eſt: ⁊ habet videri in theorica planetarum vel aſtronomia. ¶ Quinetiam cauſas. Hic commendat eum ex parte naturalis philoſophie dicens. Quinetiam pro certo Boetius ſolitus fuit rimari ideſt ingrere cauſas. vnde:ideſt propter quas cauſas ſonora flamina: ideſt ſonoroſi venti: ſolicitant ideſt perturbant equora: ideſt planitiem ponti ideſt maris. quaſi diceret Boetius ſciuit cauſas generationis ventorum qui commouent ipſum mare. ¶ Nota ꝙ ex libro metheororꝫ patet ꝙ ventus generatur ex vapore calido ⁊ ſicco eleuato per calorem ſolis. qui perueniens ad locum nubium frigiditate nubis repercutitur ⁊ repercuſſus fertur in latus: ⁊ facit ſonum impellendo aerem: ⁊ quia aqua faciliter eſt diuiſibilis de facili cedit ⁊ reuerberatur per ventos. vel aliter poteſt intelligi. Antiqui enim dixerunt ꝙ ideo venti turbant mare:quia in ipſo mari generantur venti qui non exeunt: ſed faciunt fluxum maris:licet hec opinio non ſit vera: quia mare fluit ⁊ refluit tempore determinato: ſicut bis in die naturali. venti autem generantur tempore indeterminato. ¶ Quis voluat ſtabilem. hic philoſophia commendat Boetium a metaphyſica et iterato a naturali philoſophia dicens. Boetius etiam ſolitus fuit rimari quis ſpiritus:ideſt intelligentia voluat motu diurno ſtabilem orbem firmamenti. vel etiam cur ſydus ſolis vel aliud habens ortum ⁊ occaſum. caſurum in hyſperias vndas: ideſt in aquas maris occidentalis. ſurgat: ideſt iterum oriatur: ab ortu rutilo: ideſt ab oriente ſplendido: quaſi dicat Boetius ſolitus erat inquirere cur ſtelle que in occidente videntur occidere iterum reſurgant in oriente: etiaꝫ ſolitus erat rimari quis temperet placidas horas veris: ideſt temporis vernalis vt ornet terram roſeis floribus. Quis dedit: ideſt ordinauit. vt autumnus fertilis anno pleno:ideſt fecundo. influat: ideſt influentiam faciat grauidis vuis:ideſt botris repletis. etiam erat ſolitus reddere:ideſt aſſignare varias cauſas latentis nature ideſt rerum naturalium. ¶ Nota ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur: ex ſeptimo Phyſicorum. ergo celum ab alio mouetur. Mouetur autem celum a duplici motore per cōmentatorem. xij. Metaphyſice

Sol roſeus.

Luna gelida.

Motus celi.

ab vno coniuncto ⁊ appropriato qui vocatur intelligentia a quo mouetur effectiue. ab alio motore ſe-
parato qui eſt deus a quo mouetur in ratione finis. Item dicit orbem celeſtem eſſe ſtabilem. licet enim
moueatur ⁊ mutet locum ſecundum partes:non tamen ſecundum totum; ⁊ quantum ad hec dicit eſſe
ſtabilis ideſt immobilis. Item cauſa quare ſtelle que occidunt iterum oriantur non eſt alia niſi motus
circularis primi mobilis:qui ſecum rapit omnes ſtellas tam fixas ꝙ erraticas. Item heſperus eſt ſtella Heſperus.

Uel cur eſperias ſydus in vndas
Caſurum rutilo ſurgat ab ortu.
Quis veris placidas temperet horas:
Ut terras roſeis floribus ornet.
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat vuis.
Rimari ſolitus: atq; latentis
Nature varias reddere cauſas.
Nunc iacet effeto lumine mentis:
Et preſſus grauibus colla cathenis:
Decliuumq; gerens pondere vultum:
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

que de veſpere ſequitur ſolē occiden-
tem a qua ſtella mare occidentale di-
citur heſpericū eo ꝙ ſol ⁊ heſperus
ibi ſe mergant:non ꝙ ita ſit ſed quia
vulgares ſic opinātur cum enim ſtel-
le occidunt propter interpoſitionem
maris inter viſum ⁊ ſtellas videntur
ſtelle mergi in mare. Item tēpus ver-
nale dicitur placidum:quia eſt conue-
niēs vite hominis. Eſt enim tempus
veris calidum ⁊ humiduʒ in quibus
conſiſtit vita ex libro de morte ⁊ vita
Et ideo illo tempore producūtur flo-
res. Nam materia florum eſt humi-
dum aqueum ſubtile bene coctum a
calido aereo. Quia igitur in vere no
no dominatur calidum aereum ⁊ hu-
midum aqueum ſubtile quod parua
indiget digeſtione ideo in vere cuius
calor temperatus eſt: flores produ-
cuntur. Item vitis multuʒ abundat
de humido aqueo ⁊ groſſo:cuius ſignum eſt: quia tempore putationis diſtillat ab eis quaſi humiduʒ la-
chrymale. Tale autem humidum groſſum multum reſiſtit digeſtioni: ideo vue ad maturitatem tarde
proueniunt: ſcilicet tempore autumni. Item Boet. conſueuit reddere cauſas latentes rerum naturali-
um quod fuit indicium felicitatis. Nam ſecunduʒ Uirgil. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
C Nunc iacet effeto. Hic oſtendit philoſophia quomodo Boetius deſtitutus predicta ſpeculatione in
terrenis cogitabat dicens. Nunc ideſt pro tempore doloris Boet. iacet ideſt proſtrat⁹ eſt effeto: ideſt
euacuato lumine ideſt ſpeculatione mentis: ipſe preſſus colla ideſt ſecundum colla grauidis cathenis
paſſionum que mentem grauant:gerenſq; decliuum vultum ideſt inclinatum pondere amiſſionis reruʒ
temporalium. heu cogitur cernere terram ſtolidam ideſt bona terrena: que homines ſtolidos efficiunt.
C Nota cathena eſt ferreum inſtrumentum quo aliquid contra ſuam naturam detinetur. Quattuor
autem effectus qui ſunt gaudium:ſpes:timor dolor:ſimilitudinarie dicūtur cathene:quia animum ho-
minis detinent ⁊ contra ſuam naturam ⁊ rationem ad illicita trahunt. Nam ratio ſemper deprecatur
ad optima ex.i. Ethi. Et propterea Boe. in fine huius primi hortatur fugam paſſionum:ibi. Tu quoq;
ſi vis. C Item nota nō eſt eſtimandum ꝙ Boe. ſic eſſet ita euacuatus lumine mentis. ſicut littera ſonat.
quia alias fuiſſet inſufficiens pro compoſitione huius libri:ſed philoſophia loquitur hic compaſſiue. Il-
le enim eſt merus ſtultus qui inclinat ſe ad terrena diligendo ipſa ⁊ non eleuando intellectum ſuum ad
ſpeculabilia:qualis non fuit Boe. vnde dicit Aug. Tales ſunt homines qualia ſunt ea que diligūt:quia
dilectio tranſmutat diligentem in ſimilitudinem rei quam diligit. hec Marguardus.

C Aſcenſius.

Eu ꝙ precipiti ⁊c. Carmen hoc ſecundum primi libri eſt lyricum: ſic dictum eo ꝙ Nota.
ad lyram cani poteſt. Quocirca:quia ſequentia fere lyrica ſunt dicam hic in gene-
rali tria. Primum que ſit materia lyrici carminis. Secūdum quod decorum. Ter- Lyrici cāminis materia.
tium quibus nominibus ⁊ cur tot ⁊ tam diuerſis ſoleant nominari. Primuʒ docet
Horatius in de arte poetica his verbis. Muſa dedit fidibus diuos:puroſq; deo-
rum. Et pugilem victorem ⁊ equum certamine primum. Et iuuenum curas:⁊ libe-
ra vina referre. Donatū eſt inquit fidibus ideſt lyricis cordis cantare diuos ⁊ he-
roas olympiacos ⁊ chriſtiano more deum ⁊ ſanctos eius:quia lyrica carmina fere
hymni ſunt. Item pueros ideſt filios deorum vel heroas:⁊ athletam ſeu pugilem
victorem ⁊ equum in curulu certamine vincentem. Et curas ideſt amores iuuenuʒ
⁊ libera vina ideſt commeſſationes ⁊ ebrietates que faciunt homines liberius loqui. Et vt paucis dicā
lyricum carmen deſiderat aut modeſtam laudationem: aut non amaram irriſionem ne iambicum fiat.
C De decore ſatis dictū eſt ſi applicetur. Oportet enim precipue vt carmē materie quadret:⁊ qualitas Decorum
carminis qualitati perſonarum vt materie iucunde detur verſus fluidus:non ſtridulus: non impedit⁹
monoſyllabis aut ſpondaicis pedibus qui grammaticem prefe ferunt. Singulis autem carminibus
ſuum decorum eſt ſeorſum annotandum. C Tertium quod de nominibus lyricorum carminum eſt faci-
le patebit ſi nouerimus duplicia eſſe eorum nomina generalia ⁊ ſpetialia. Generaliter dicuntur a lyra Nomia lyricorum.
lyrica:a cantando dicunt latine cātica:ſeu carmina:grece ode: aut pſalmi a laudatione dicunt hymni.

Spetialia ãt noīa ſumũtur a multis ab īuentore: vt aſclepiadeũ ab Aſclepiade: glyconicũ a glycone ⁊ pindaricum a pindaro: ſapbicũ ab inuẽtrice que dicta eſt ſapbo ⁊ ſic de aliis. A pede predominante: vt dactilica iambica: ſpondaica. A connexione genere carminum. Quia ſi in oda: ſeu verſu lyrico: non eſt niſi vnum genus carminis tunc dicitur monocbolos ſi duo dicolos: ſi tria tricolos: ſi quattuor tetracolos. Item a reuerſione: quia poſt vltimum genus carminis reuertitur ſemper ad primum. ſeruandus enim eſt ſemp vnus ⁊ idẽ ordo. ſi ergo vnũ eſt genus carminis: tunc oda non babet reuerſionem: ſed continuum proceſſum: ſi duo dicitur diſtropbos a dis quod eſt duo ⁊ tropbi conuerſio. Si tria triſtropbos. Si quattuor tetraſtropbos: vix plura inuenies connexa. Item ſingula carmina ſumunt nomina ab inuentore a pede predominante: ⁊ a numero pedum: ⁊ a numero ſyllabarum. vnde ſapbica ab vndecim ſyllabis bendecaſyllaba dicuntur. A numero autẽ pedum ita. ſi duo duntaxat ſunt verſus dicitur dimeter: ſi tres trimeter: ⁊ ſic conſequenter. Sed boc ſciendum q̄ in iambicis duo pedes propter eorum celeritatem vnam menſuram faciunt. vnde iambica ſex pedum trimetra dicuntur. Nec in generali diximus nec repetenda ſunt. In ſpetiali autem preſens oda eſt monocolos. dactilica. tetrametra: ⁊ niſi vltimus pes ſpondeus eſſet aſclepiadea. Eſt monocolos: quia vnum eſt genus carminis. Eſt dactilica: quia ſepe tres ſunt dactili ⁊ duo ſpondei. Eſt tetrametra: quia quattuor ſunt pedes: ⁊ ſyllaba abundans propter quam dicitur bypercatalectica. Conſtat autem ex primo pede dactilo vel ſpondeo. ſecundo dactilo et interdum ſpondeo: ⁊ ſyllaba abundante que ſit vltima dictionis ſi ſuauem vis babere ſonoritatem. tertio dactilo. quarto ſpondeo vel eius loco trocbeo: quia in omni verſu vltima ſyllaba communis eſt. Uitande ſunt dictiones monoſyllabe in fine ⁊ crebra colliſio litterarum per vocalem ſequentem aut in aliam vocalem. Materia eſt congrua: quia continet laudem Boetii. Omnia autem ſatis expoſita ſunt in commentariis ſuperioribus: que ſi ſancti thome ſunt: neſcio cur adiectum ſit

Quam.

bec Margnardus. Pauca tamen grammaticalia addam. Quorum vnum ſit q̄ bec dictio q̃ tripliciter accipi ſolet pro eo q̄ eſt quantum et boc cum poſitio figurate boc eſt cuꝫ ammiratione aut indignatione aut ſimili affectione pro quanto ⁊ id rarius cum comparatiuo pro valde: et id cum ſuperlatiuo quod ſepe euenit. Cum poſitiuo vt bic beu q̃ precipiti ideſt quantum precipiti ⁊c. cum comparatiuo apud Uirgilium. Quam magis illa tremens tanto magis aſpera flãmis. q̃ magis ideſt quanto magis cum ſuperlatiuo: vt vir q̃ optimus: ideſt valde bonus: vbi barbare dicunt peroptimus. Preſſius colla greca eſt locutio: poetis non oratoribus conceſſa: que ſi per nomina ſiat ſynedocbe a ſermo diceretur

Greca locutio.

qui banc differentiam obſeruat. vt quotiens per verba aut participia ſiat grecam figuram dicat quotiens per nomina ſinecdocbem vt bec ſatis ſint.

Proſa ſecunda libri primi.

Sed medicine iquit potius tempus eſt q̃ querele. Boeti. Tum vero totius in me intenta luminibus. Phi. Tu es ne ille ait noſtro quõdam lacte nutritus: noſtris educatus alimẽtis: q̄ i virilis animi robur euaſeras. Atq talia ꝯtuleramus arma: que niſi prius abieciſſes inuicta te firmitate tenerentur. Agnoſcis ne me? Quid taces? Pudore an ſtupore ſiluiſti? Mallem pudore: ſed te vt video ſtu-

Proſa ſecunda libri primi.

Sanctus Thomas.

Sed medicine inquit potius. Hic incipit ſecunda proſa bui⁹ primi in qua pbiloſopbia inuectigat morbum Boetii in quibuſdam ſignis. ſecundo conſolatur ipſuꝫ ne deſperet. Secunda ibi. Cũq̄ non. Primo dicit pbiloſopbia. O Boe. ego poſſem multa cõqueri de perturbatiõe mentis tue: ſed tũc potius medicine tempus eſt q̃ querele vero pro ſed tum. ideſt tũc mulier illa intenta in me totis luminibus ideſt oculis ait. Es tu ne ille qui quondam tempore iuuentutis nutritus noſtro lacte ideſt facilibus documentis in etate autẽ perfecta educatus ideſt nutrit⁹ noſtris alimentis ideſt doctrinis difficilioribus euaſeras ideſt perueneras in robur ideſt in fortitudinem virilis animi: atqui pro certo nos contuleramus tibi arma talia ideſt documenta: que niſi prius abieciſſes per obliuionem ipſa tuerentur te inuicta infirmitate. dicit pbiloſopbia. Agnoſcis ne me quid taces ſiluiſti ne pudore. i. verecundia: an ſtupore. i. mẽtis alienatiõe: ego mallem. i. magis vellẽ te ſiluiſſe pudore: ſꝫ vt ego video ſtupor oppreſſit te. Nota q̄ pbiloſopbia deplangendo Boe. non facit longam moram ne Boe. deſperet ſuper infirmitate ſua

Medicus.

ergo dicit pbiloſopbia magis eſſe tempus medicine q̃ querele. Item boni medici eſt totis oculis diligenter reſpicere faciem infirmi eo q̄ facie magis apparent ſigna prenoſticationis infirmitatis: ideo pbiloſopbia dicitur eſſe intuita Boetii. totis luminibus. Item per arma pbiloſopbie intelliguntur precepta pbiloſopbicalia: que perſuadent minime extolli in ꝓſperis: nec deprimi i aduerſis. Hortatꝰ eñi nos pbia ad magnitudiñe. magnanimus autem eſt qui contra deformes inſultus fortune vnanimi mentis conſtãtia militat. de bis ⁊ ſimilibus preceptis pbiloſopbie Boe. oblitus fuit ꝓpter dolorẽ. No. taci

turnitas qn̄doq̄ prouenit ex pudore: qn̄q̄ ex ſtupore. qn̄ enim manifeſtatur alicui aliquid qđ vellet ce/lari ipſe efficitur verecundus ⁊ oculi eius deprimuntur: facies eius rubet ⁊ auertitur ⁊ lingua eius in loquendo ligatur. ¶ Notandum ꝙ ſtupor vno modo eſt abundans ammiratio mentis vt ibi papa ſtupor mundi. Alio modo eſt mentis alienatio: ⁊ ſic accipitur in propoſito ⁊ inducit taciturnitatem. Ex quo enim motus lingue eſt ſecundum conformitatem ad fantaſiam turbatur fantaſia ſicut cōtingit in alienatione mentis prepeditur lingua in loquendo ergo dicit philoſophia pudore aut ſtupore ſiluiſti: ⁊ quia taciturnitas proueniēs ex ſtupore deterior eſt q̄ que cauſatur ex pudore cum ipſa cauſet ex aliquo defectu interiori: ideo dicit phia malles pudore ſiluiſſes. Nota ſecundū Hug. pudor eſt corporis: ſed pudicitia eſt mentis. Eſt aūt pudor verecundia ex aliquo caſu innata: non auferens memoriam ſed impediens linguā. Stupor autem eſt caſus memoriam auferens ⁊ linguam impediens: ⁊ peius eſt tacere ſtupore q̄ pudore: q2 melius eſt memoriā retinendo non loqui q̄ loqui ⁊ memoria carere.

Taciturnitas. — *Stupor.* — *Pudor.* — *Pudicitia.*

por oppreſſit. Boet. ¶ Cumq3 non modo tacitum: ſed elinguem prorſus me mutūq3 vidiſſet: admouit pectori meo leuiter manum. P. Et nihil īquit periculi eſt: letargum patitur communem illuſarum mentium morbum. Sui pauliſper oblitus eſt. Recordabitur facile ſui: ſiquidem nos ante cognouerit.

Nota philoſophia dicit Boetium habuiſſe nutritum ſuo lacte: per nutrimētum lactis intelligitur triuium: ſcilicet grammatica: loica: ⁊ rethorica: quibus iuuenes ſunt ſeriatim informandi tanquam facilibus documentis ſicut puer lacte nutrimēto molli ⁊ facilis digeſtionis vtitur. Sed per hoc ꝙ dicit in virilis animi robur euaſeras ſcilicet ad ſcientiam mathematicam. ⁊c. qua tanquam per ſcientiam magis ſubtilem homo perfecte etatis efficitur. Nota philoſophia contulit. Boetio arma non corporalia: ſed ſpiritualia. ſicut ſunt virtutes intellectuales quas enumerat Ariſtoteles. vi. ethico. Et ſunt illa intellectus: ſapientia: ſcientia: ars: ⁊ prudentia. Et ſimiliter virtutes cardinales que ſunt quattuor: ſc3 prudentia: iuſticia: temperantia: ⁊ fortitudo. Et dicuntur cardinales: quia quandam principalitatem ſibi vendicant: ſcilicet materiam circa quam habent fieri. Illa enim arma abiecit Boe. quando temporalibus adheſit appetitiui ſenſitiuo annuens ⁊ ab attentione celeſtium ſequeſtratus. Et de iſtis armis dicit apoſtolus Abijcite ergo opera tenebrarum ⁊ induimini arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus. ¶ Cumq3 non modo tacitum. Hic philoſophia conſolatur Boetium ne deſperaret. dicens. Cum philoſophia vidiſſet me non modo ideſt non tantum tacitum: ſed prorſus ideſt totaliter elinguem: q3 pro ⁊ mutum: illa admouit: ideſt appoſuit pectori meo leuiter manum ⁊ inquit ideſt dixit. nichil periculi eſt circa hūc hominem ipſe patitur letargum. ideſt morbum obliuionis: morbū in quam communem mentium illuſaru3 ideſt deceptarum ⁊ ipſe pauliſper: ideſt modicum eſt oblitus ſui: ſed facile ſui recordabitur. ſiquidem pro certo cognouerit nos philoſophiam ante ideſt prius: quod vt ipſe poſſit facere tergamus lumina. ſcilicet oculos eius caligantia nube ideſt obſcuritate rerum mortalium ideſt temporalium. hec dicit philoſophia. veſte ſua contracta ideſt conuoluta in rugā ſiccauit oculos meos fletibus inundantes ideſt humectantes. ¶ Nota ꝙ tacitus eſt ille qui non loquitur: licet habeat poteſtatem lingue ad loquendum ſed elinguis ⁊ mutus dicitur ille qui non ſolum nō loquitur: ſed etiam non habet poteſtatem lingue ad loquendum: ⁊ talis fuit Boetius propter ſtuporem ideſt mentis alienationem: ¶ Nota ꝙ philoſophia innuens ſe eſſe bonam medicam conſolabatur Boetium dicens. nihil periculi eſt in homine iſto. quia ſecundum Sene. in libro de clementia ad Neronem. Mali medici eſt deſperare ne curetur eger. ¶ Nota ꝙ letargia eſt infirmitas cauſata ex oppreſſione cerebri cum obliuione: ⁊ iungitur continuo ſomno: ⁊ ſic letargus eſt morbus inducens obliuionem ⁊ ſomnum. Inde letargicus: ⁊ eſt homo qui patitur tale morbum ⁊ dicitur a lethe quod interpretatur obliuio. Etia3 lethe eſt fluuius infernalis Boetius ergo patiebatur letargum. i. morbum obliuionis: quaſi precepta philoſophie in memoria habuiſſet nunquam de amiſſione rerum temporalium doluiſſet. Item dicit letargū eſſe morbum illuſarum mentium quia mens illuſa eſt: vbi ratio eſt ligata propter defectum fantaſie: ſicut in freneticis vel propter defectum memorie ſicut in letargicis. ¶ Notādum homo componitur ex anima immortali ⁊ corpore mortali ſed quia Boe. oblitus fuit bonorum anime: ideo dicitur fuiſſe ſui oblitus non totaliter ſed pauliſper. quia adhuc curam habuit de bonis terrenis que reſpiciunt corpus. Item homo per philoſophiam habet ſuipſius perfectam cognitionem. Ad cognoſcendum autē illud quod per philoſophiā cognoſcitur oportet primo philoſophiam cognoſcere: ideo dicit philoſophia. recordabitur ſui facile ſi nos prius cognouerit. Item per veſtes philoſophie in rugam contractas intelliguntur precepta philoſophicalia in vnum volumen congregata: ſicut in libro iſto: quibus ipſa philoſophia Boetium conſolatur. ¶ Nota ꝙ ad medicum infirmum curare volentē plures requiruntur conditiones. Primo vt qualitates ⁊ ꝯditiones reſpiciat: ⁊ vt humores nocentes cognoſcat. Secundo ad loquendum commoueat. Tertio ſi preualida egritudine obmuteſcat: vt manum corpori infirmi adhibeat. Quarto vt eum verbis conſolatorijs reficiat ſic philoſophia vidēs dolores Boetij. Primo eum inſpexit. ſecundo ad loquendum mouit. tertio manum ſuam corpori appoſuit; ⁊ quarto verbis conſolatorijs refecit.

Arma. — *Tacitus.* — *Elinguis.* — *Letargia.* — *Homo.* — *Medicus.*

Quod vt poſſit agnoſcere pauliſper lumina eius mortalium rerū nube caligantia terga mus. P. Hec dixit. Oculos meos fletibus inundantes contracta i rugaꝫ veſte ſiccauit.

Metrum tertium libri primi.
Loquitur Boetius.

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte
tenebre:
Luminibuſq; prior rediīt vigor.
Ut cum precipiti glomerentur
ſydera coro
Nymboſiſq; polus ſtetit imbribus
Sol latet: ac nūdum celo venientibus aſtris
Deſuper in terram nox funditur.
Hanc ſi trahitio boreas emiſſus ab antro
Uerberet: ⁊ clauſum reſeret diem:
Emicat: ⁊ ſubito vibratus lumine phebus
Mirantes oculos radijs ferit.

Aſcenſius.

Sed medicine inquit ⁊c. Hec proſa ſatis clara eſt ⁊ non negligēter declarata: qua propter fruſtra longus eſſem. Meminerit tamen iuuenis lector illas duas voculas medicine et querele hoc loco potius eſſe datiui caſus ꝙ genitiui. Non enim pulchre dixeris tempus eſt ſtudij: ſed tempus ſtudendi: vel tempus eſt ſtudio ideſt ad ſtudium. Non eſſet tamen omnino incongruum ſi dicatur tempus ſtudij. Sciat autem illic. Siquidem nos ante cognouerit: ſi quidem diuiſum eſſe legendum. Sunt enim due dictiones. et ordo eſt. Recordabitur facile ſui. Recordabitur inꝙ quidem ideſt certe ſi cognouerit ante ideſt prius nos. Multi in eo vocabulo errant et interpres etiam hoc loco. vide Uallenſem.

Sanctus Thomas.

Metrum tertium primi libri.

Tunc me diſcuſſa. Hic incipit tertiū metrum huius primi lib. cuius prim⁹ verſus vocatur metrum dactilicum exametrum ſecundus dicitur metrum alcmanicum ab inuentore tetrametrum a numero pedum dactilicum a pede predominante ⁊ cathalecticum quia nulla ſyllaba abundat nec deficit. In hoc metro Boet. declarat per quoddaꝫ ſimile quomodo remotis impedimentis vigorem cognitionis recuperauit ⁊ eſt talis ſimilitudo. Sicut coro flāte nubes generantur: ⁊ per interpoſitionem nubium ſol ⁊ alia nobis occultātur: ſic aduerſitate imminente homo afficitur diuerſis paſſionibus obſcurantibus intellectum: ⁊ ſicut auſtro flante nubes diſſoluūtur ⁊ radij ſolares reperiūtur; ſic aduerſitate adueniente conſolatione philoſophica paſſiones ſedantur ⁊ intellectus illuminatur. Dicit ergo in littera. Tunc cum philoſophia terſit oculos meos tenebre liquerunt me diſcuſſa nocte ideſt obſcuritate ⁊ prior vigor cognitiōis rediīt luminibus meis: ideſt oculis: vt pro ſicut ſol latet ideſt occultatur cū ideſt quando ſydera ideſt ſtelle glomerantur ideſt inuoluuntur precipiti coro ideſt tali vento. ⁊ polus ideſt celum ſtetit. ideſt ſtare videtur nymboſis imbribus. ideſt pluuijs nubiloſis: ac pro etiam nox. ideſt obſcuritas funditur deſuper. ideſt de nubibus in terram mundum. ideſt non adhūc aſtris ideſt ſtellis venientibus: ideſt apparentibus in celo. Si boreas emiſſus a trahicio antro ideſt traicie regionis verberet ideſt depellat hanc noctē ideſt obſcuritatem ⁊ reſeret clauſum diem: tunc phebus ideſt ſol emicat ideſt lucet ⁊ vibratus ideſt fortificatus lumine ſuo ferit ideſt percutit oculos hominuꝫ mirantes ſubito lumine ſolis poſt tenebras. No. philoſophia trahit hominem ab obſcuritate ignorantie ad lucem ſapientie ex libro de pomo Ariſto. et etiam per metriſtam. Ars hominem firmat nec ſinit eſſe maluꝫ. Et ergo cum philoſophia ſiccaſſet oculos. Boetius fugatis tenebris ignorantie rediīt vigor intelligentie. Nota quattuor ſunt venti principales qui flant a quattuor partibus mundi ſcilicet oriente: occidente: ſeptemtrione: ⁊ meridie. quoruꝫ quilibet habet duos collaterales: ⁊ ſic ſunt duodecim venti qui his verſibus continentur. Flant ſubſolanus vulturnus et eurus ab ortu. Atq; die medio notus heret ⁊ affricus auſtro. Circius occaſuꝫ zephiruſq; fauonius afflant. Sed veniunt aquilo boreas ⁊ corus ab arcto. Corus ergo eſt ventus quo flante generantur nubes: ⁊ conglomerantur ſydera ſic ꝙ per nubes occultantur. Nota ꝙ polus eſt ſtella que ſemper in eodem loco videtur. ſed hic polus ponitur pro firmamento tāꝙ pars pro toto per ſinecdochem. Nota ꝙ polus ideſt celum dicitur ſtare quando eſt obductum nymboſis imbribus. non ꝙ ſtet ſed quia motus eius tunc nobis non apparet motum enim celi non percipimus niſi per motum alicuius ſtelle: cum autem celum eſt copertum obſcuris nubibus nulla ſtella videri poteſt. Nota ſecundum Hug. nymbus eſt nubium denſitas ex intempeſtate orta: ⁊ ſic dicit Boeti. hic nymboſis imbribus ideſt denſis pluuijs et eſt ratio quia tenuis imber non impedit aſpectum aſtrorū. Nota ꝙ boreas dicitur flare ab antro traitio: quia forte regio traicie eſt cauernoſa de cuius cauernis exit vē tus generatus ex vaporibus ſiccis in terra. Nota poſtquā philoſophia terſit oculos Boe. et eoſdeꝫ a fletu lachrymarum compeſcit. reſtitutus fuit priſtino vigori. vnde oculi ipſius. Boe. vt ratio ⁊ itellectus obfuſcati erāt tenebris ignorātie cū triſtitis temporalibus adheſit ꝑpter amiſſionē reꝝ tēporalium

Venti.

Nymbus.

diuerſis fuit ſubiectus paſſionibus. Seu philoſophia oculorum caliginē abiecit:cuz ipſius intellectus illuminauit tenebras ignorantie fugando a lumine ſpirituali:vt ſcientia illuminando.

¶ Aſcenſius.

Tunc me diſcuſſa Ode ſecunda eſt dicolos diſtrophos:qꝛ continet genera carminis. Quorum primum eſt heroicum exametrum. Secundum tetrametrum ſimile alemanico: niſi qꝛ in alemanico faliſco vltimus pes ſpondeus. hic autem econtrario vltimus ſemper dactilus. De exametro prius dictum eſt. Tetrameter autem verſus alemanicus dactilicus acathaleticus conſtat quattuor dactilis ſpondei ſue:aut promiſcui.ſed vt dixi Boe. fere nouum genus excogitauit.nam in ſecundi carminis fine diceſſit ab aſclepiadio ponendo ſpondeum pro dactilo: ⁊ hic ab alemanico ponendo dactilum pro ſpondeo hic verſus raro habet ſpondeum penultimum ſed fere duos dactilos in fine. De quoruz ex ſecundo carmine huius primi ſatis patet. Et expoſitio per ſuperiores commentarios. Scias tamen lector corum ſine aſpiratione ſcribi pro vento. Nam idem etiam caurus dicitur.habet autem corus pro vento primam longam: qꝛ au ſyllaba frequēter in o longam mutatur:vt caulis colis:plauſtrum ploſtrum:maurus morus: caudex codex:caurus corus.ſed chorus pro corona ſeu congregatione pſallentium aut choream ducentiū primam corripit. Eſt autem corus ventus flans ab occaſu ſolſtitiali.⁊ authore Pli.li.ij.grandines importat.vnde hic dicitur. Nymboſiſqꝫ polus ſtetit imbribus. Ubi verbum ſtetit non ſignificat quietum fuiſſe ſed plenum ⁊ obductuz:ſicut authore Seruio apud Uirgilium cum dicit. Stant ⁊ iuniperi ⁊c.⁊ pluribus aliis locis. Boreas emiſſus dicitur ab antro trabitio:quia ventus ſeptemtrionalis eſt. Trabitia autem eſt ſub ſeptemtrione:legitur autem trabitio greco more. Reſerare eſt aperire:quia particulare cōpoſita cum dictione ſignificante clauſuram aut occultationem contrariam ſignificationem inducit vt ſero ⁊ reſero:claudo ⁊ recludo.velo ⁊ reuelo:tego ⁊ retego cōtraria ſignificant. Clauſum diem bene protulit in maſculino genere:quia hoc nomen dies quando accipitur pro tempore lucis diſtincto a nocte maſculini vt plurimum eſt generis quando vero pro tempore indifferenti tam nocturno qꝫ diurno ſemper eſt feminini generis:vt ſeruius ⁊ Ualla docent. Errant autez qui nunquam in feminino genere tempus lucis ſignificare dicunt. In plurali autem ⁊ eius compoſitum meridies ſolius maſculini ſunt generis. Cetera potiſſima ſunt nec noſtre interpretationis indigna.

Nota. — Corus. — Stare. — Reſerare. — Dies.

¶ Proſa tertia primi libri.

Haud aliter triſticie nebulis diſſolutis hauſi celum:⁊ ad hoc cognoſcendam medicātis faciez mentez recepi. Itaqz vbi in eā deduxi oculos intuitumqz defixi: reſpexi nutricem meam in cuius ab adoleſcentia laribus obſeruatus fuerā philoſophiam. Et quid inqꝫ tu in has exilij noſtri ſolitudines omniuz magiſtra virtutum a ſupno cardine delapſa veniſti? An vt tu quoqz mecum rea falſis criminationibus agiteris? Philoſop. An inquit te alumne deſererem? nec ſarcinam quam mei nominis ex liuore ſuſtuliſti communicato tecuz labore partirer?

¶ Proſa tertia primi libri.

Haud aliter triſtitie nebulis. Hic incipit tertia proſa primi libri in qua Boe. oſtēdit quomodo philoſophiam cognouerit ⁊ diuiditur: quia primo oſtēdit quomodo philoſophiam cognouit ⁊ qualiter de preſentia eius ammirari cepit:⁊ quomodo philoſophia ſibi reſpondit.ſecundo probat philoſophia perſecutionem ſapientium a vulgaribus nō eſſe nouam. ſecundo ibi. Nonne apud veteres:dicit primo Haud pro non aliter nebulis triſticie mee diſſolutis. ideſt fugatis per conſolationem philoſophie. quoniam ſicut nubes diſſoluunt per flatum boree.ſic ego Boetius hauſi: ideſt reſpexi celum. ideſt ſurſum ⁊ recepi mentem.ideſt vigorem rationis ad cognoſcēdaz faciē medicantis.i. medici. Itaqꝫ.p ergo:vbi.i.poſtqꝫ ego deduxi.i.conuerti oculos.qꝫ pro ⁊ defixi.i.ſtabiliui intuitū in eā.reſpexi nutricē meā philoſophiam. in cuius laribus ideſt ſcholis fuerā obſeruatus ab adoleſcētia.i. a iuuētute mea ⁊ inquā.i.dixi. O magiſtra omnium virtutū quid.i.ppter quid tu veniſti lapſa.i.progreſſa a ſuperno cardine.i. de celeſti porta in has ſolitudines.i.loca deſerta noſtri exilij.i.noſtre relegationis:an ideſt nunquid propter hoc veniſti vt exiſtens rea ideſt tanquaz culpabilis mecum agiteris ideſt moleſteris multis criminationibus. Illa philoſophia inquit ideſt dixit. O alumne ideſt per me nutrite an ideſt vtrum te deſererem: quaſi diceret non.nec partirer ideſt diuiderem tecum communicato labore ideſt diuiſo labore ſarcinam ideſt pondus quam tu ſuſtuliſti ex liuore ideſt ob inuidiam mei nominis.i.ratione ſapientie: atqui pro certe.non erat phas ideſt honeſtum philoſophie relinquere iter innocentis incomitatū.i.ſine comite ſup.ſi ego te dereliquiſſez ego vererer ideſt,timerem meam criminationem ideſt meam damnationē:⁊ valde perhorreſcerem quaſi aliquid nouum acciderit ſup.circa te enim pro qꝛ num.i.nunquid tu cenſes.i. iudicas primum ipſam ſapientiā eſſe laceſſitam.i.manifeſtā periculis.i.perturbationibus apud improbos mores,i.male morigeratos hoies:quaſi diceret hoc nō eſt nouū.

Sanctus Thomas.

Atqui philoſophie phas non erat incomita-
tum relinquere iter innocentis: meam ſi cri
minationem vererer ⁊ quaſi nouum aliquid
acciderit phorreſcerem. Non enim primum
cenſes apud improbos mores laceſſitam pe
riculis eſſe ſapientiam. ¶ Nonne apud vete
res quoqʒ ante noſtri Platonis etateʒ ma-
gnum ſepe certamen cuʒ ſtultitie temeritate
certauimus? Eodemqʒ ſuperſtite preceptor
eius Socrates iniuſte victoriam Mortis me
aſtante promeruit. Cuius hereditatem cum
deinceps epicureum vulgus ac ſtoicum cete
riqʒ pro ſua quiſqʒ parte raptuʒ ire moliren
tur: meqʒ reclamanteʒ renitentemqʒ velu
ti in partem prede traherent: veſtem quam
meis texueram manibus diſciderunt: arre-
ptiſqʒ ab ea panniculis: totam me ſibi ceſſiſſe
credentes: abiere. In quibus quoniam que
dam noſtri habitus veſtigia videbãtur me-
os eſſe familiares: imprudentia rata nonnul
los eoruʒ prophane multitudinis errore per
uertit. ¶ Quod ſi nec Anaxagore fugaʒ: nec
Socratis venenum: nec Zenonis tormenta:
quoniam ſunt peregrina: nouiſti. ac canios:
atqʒ ſenecas: ac ſoranos: quorum nec perue
tuſta nec incelebris memoria eſt: ſcire volui
ſti. Quos nihil aliud in cladeʒ detraxit: niſi ꝙ
noſtris moribus iſtituti: ſtudijs improboruʒ
diſſimillimi videbãtur. itaqʒ nihil eſt quod
ammireris ſi in hoc vite ſalo circunſtantibus
agitemur procellis: quibus hoc maxime pro
poſitum eſt peſſimis diſplicere. Quoruʒ qui
dem tametſi numeroſus exercitus: ſpernan
dus tamen eſt: quoniam nullo duce regitur:

Philoſophia medica. ¶ Nota philoſophia dicitur medicina. ſicut enim medicus morbo fugato ſanitatem inducit: ſic philo
ſophia ignorantia relegata vitam vtriuſqʒ ſeculi condonat. naʒ habetur in libro de pomo Ariſto. Qui
philoſophia inuenerit vitam in vtroqʒ ſeculo inuenit. ⁊ alibi. Qui me inuenerit vitam inueniet ⁊ hau-
riet ſalutem a domino ⁊ ideo dicit Boetius faciem mendicantis. ¶ Notandum ꝙ Boe. non ſolum de
Philoſophandũ continue. duxit oculos in philoſophiam ſed deficit in eam intuitum per quod innuitur: ꝙ qui vult philoſophari
oportet ſe totuʒ tradere philoſophie
per continuum ſtudium et laborem.
Nam ſicut vna yrundo adueniens
non facit ver nec vna dies calida fa-
cit eſtatem: ſic nec vna ſpeculatio phi
loſophica facit philoſophum. ¶ No
Philoſophandi tempus. ta ꝙ tempus oportunum ad philoſo
phandum eſt tempus adoleſcẽtie qḋ
innuẽs Boetius dicit cuius laribus
ab adoleſcentia fueram obſeruatus.
Nam etas hominis aſſimilatur cere
que ſi nimis ẽ mollis vel dura nimis
formaʒ ſigilli non recipit nec retinet.
ſi autem eſt temperate mollis vel du
ra figuram recipit et retinet. ſic etas
nimis tenera ſicut infantia non reci-
pit doctrinaʒ philoſophicã nec etas
nimiũ dura ſicut decrepitus: ſed etas
temperata qualis eſt adoleſcẽtia que
faciliter intelligit ⁊ intelecta memo-
rie cõmendat. ¶ Nota per lares phi
loſophie intelliguntur diuerſe ſecte
philoſophorum ſicut Ariſtot. Plato
nis: quibus Boetius ab adoleſcẽtia
fuit obſeruatus: et dicit Hug. ꝙ ob
ſeruari idem eſt ꝙ conuerſari. ¶ No
tandum ꝙ philoſophia dicitur ma-
giſtra omnium virtutuʒ quia omnes
virtutes morales docet. vt patet ex
Ethicis: ⁊ dico morales propter vir
tutes theologicas que ſũt fides: ſpes
⁊ caritas. ⁊ dicitur philoſophia dela
pſa a ſuperno cardine: quia omnis ſa
pientia a domino deo eſt. Nam ſicut
ſcribitur in prologo libri de regimi-
ne principum. Deus eſt qui diuitias
ſue ſapientie influxit animabus. ideſt
ſtudentibus tribuit gratiam cogno-
ſcendi cui nihil eſt difficile: ſine quo
nihil eſt poſſibile poſſideri. ¶ Nota
vt poſtea patebit ꝙ Boetius falſe cri
minabatur de litteris compoſitis et
ḋ impedimento delatoris: ⁊ illud qḋ
faciebat ſapiẽtia dicebatur facere ar
te magica. ideo dicit ad philoſophiaʒ
Nunquid veniſti ⁊ tu mecum rea fal
ſis criminationibus agiteris. Nota
philoſophia tãgit tres rationes pro
Philoſophia pter quas nõ debuit relinquere Boe
tium. Prima eſt: quia nutrix non de-
bet relinquere ſuum alumnum. Se-
cunda qui patitur propter aliuʒ non decet vt deſeratur ab illo. Tertia quia non decet philoſophiam
relinquere innocentem. Boetius autem fuit alumnus philoſophie ipſe patiebatur iniurias propter phi
Agit algentes heſperus actus
Solitas iterum mutat habenas
Phebi pallens lucifer ortu
Tu frondiflue frigore bruine
Stringis lucem breuiore mora
Tu cum feruida venerit eſtas
Agiles noctis diuidis horas
Tua vis varium temperat annum

perpetuo ſolio ideſt coniunctus perpetuo celo. Unde deus tripliciter eſt in vniuerſo: ſcilicet eſſentiali-ter ſeu preſentialiter: ſacramentaliter: ⁊ miſericordaliter. Eſſentialiter ſeu preſentialiter in ſua vera cla-ritate in qua ipſum homo nunq̄ vidit ſicut dicit propheta: deum nemo vidit vnq̄ ſicut ipſe eſt in per-petuo ſolio: ſacramentaliter ſeu myſterialiter deus eſt in ſacramento eucharıſtie: quod rata fide credi-mus: ſed miſericordialiter deus eſt vbiqꝫ: ſecundum quod dicit ſcriptura. Miſericordia domini plena eſt terra: ⁊ inde prouenit dictum commune ſecundum quod dicit ſcriptura. Deus eſt vbiqꝫ. Nota ſe-

Ut quas boree ſpiritus aufert
Reuehat mitis zephirus frondes.
Queqꝫ arcturus ſemina vidit
Syrius altas vrat ſegetes.
Nil antiqua lege ſolutum
Linquit proprie ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans.
Hominum ſolos reſpuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tanta lubrica verſat
Fortuna vices? premit inſontes
Debita ſceleri noxia pena.
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio: ſanctaqꝫ calcant
Iniuſta vice colla nocentes.
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris: iuſtuſqꝫ tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocet ipſis
Fraus mendaci compta colore.
Sed cum libuit viribus vti:
Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudent ſubdere reges.

cundum Hugutionem. Solium eſt ſedes regalis ex ſolidis lignis facta dicta a ſoliditate: ideſt a firmitate. Nota ꝙ deus cogit ſydera pati le-gem non violenta nec coacta moni-tione: quia nullum violentum perpe-tuum: ſed cogit ea voluntaria ordi-natione obſeruare legem ideſt deter-minatum motum: vt tempore eis ſta-tuto oriantur et occidant. ¶ Nota ꝙ luna de ſe eſt corpus opacum reci-piens lumen a ſole ⁊ in ea parte qua eſt verſus ſolem illuminatur: cum autem directe oppoſita ſit ſoli ſicut in plenilunio: tunc lumine ſuo obſcurat minores ſtellas eo quod maius lu-men obfuſcat minus: ſed cuꝫ luna eſt in illa parte celi in qua eſt ſol ſicut cō-tingit in coniunctione. tunc ſuperi-or pars que eſt verſus ſolem eſt illu-minata: ⁊ iferior pars que eſt verſus nos eſt obſcurata: ⁊ tunc nihil vide-mus de luna. ſed cum incipit elonga-ri a ſole tūc pars elōgata incipit mo-dicuꝫ apparere nobis: ⁊ tunc dicim9 eſſe nouilunium: ⁊ q̄to plus elonga-tur: tanto plus apparet nobis illu-minata. ¶ Nota Boetius dicit ſolē eſſe fratrem lune: quia ſecundum fa-bulas: iupiter concūbens cum lato-na genuit ex ea duos gemellos ſcili-cet phebum qui dicitur ſol: ⁊ dianaꝫ que dicitur luna: ⁊ ſic ſecundum fa-bulas eſt frater lune. ¶ Nota ſtella que de veſpere ſequitur ſoleꝫ ⁊ de ma-ne precedit hꝫ diuerſa nomina. patet ꝑ verſus. Lucifer aurora venus ve-ſperus heſperus idem. Quomodo autem ſit poſſibile ꝙ eadem ſtella de veſpere ſequatur ſolem ⁊ de mane precedat. dicunt aliq ꝙ hoc nō contingit in vna ⁊ eadem parte anni: ſed in diuerſis. dicunt. n. ꝙ in eſtate ſequitur ſolem: ⁊ in hyeme pre-cedit. ſed hoc eſt contra omnes authores dicētes hoc eſſe in eodem tēpore anni. Alij dicunt ꝙ mercu-rius ⁊ venus ſint ſtelle ſimilis coloris ⁊ quātitatis: quaꝝ vna quandoqꝫ ſequitur ſolem ⁊ alia precedit: ⁊ ſic videtur eſſe vna ſtella que ſequit̄ ⁊ precedit: ſꝫ hoc non eſt verum. Hug. dicit ꝙ venus eſt altior ſo-le: ⁊ loquitur ſecūdum antiquos aſtrologos qui locauerunt venerem ſupra ſolem. cū igitur cōtingit ꝙ venus ⁊ ſol ſimul veniunt ad occaſum ꝗ venus eſt altior diutius videt̄ in ſero q̄ ſol: eadeꝫ rōne citius videtur in mane q̄uis equo cito diſcurrant: nam citius videntur aſcendentia remota q̄ propinqua: et diutius videntur deſcendentia remota q̄ propinqua: licet equali modo incedant. ſed moderni aſtro-logi locant venerem ſub ſole. Alij dicunt ꝙ vna eſt ſtella que vno tempore ſequitur ſolem: alio tempo-re precedit. Et dicunt ſecundum Ptholomeum ꝙ illa ſtella habet eclypticum: in cuius circumferentia defertur corpus eius. Eſt autem eclypticus circulus paruus cuius centrum eſt in circunferentia orbis deferentis. nunc autem eſt ita ꝙ eclypticus veneris ſemper eſt cum ſole: ita ꝙ ſi protrahatur linea a cen-tro terre per centrum eclyptici veneris ad firmamentum: eadem linea tranſibit per centrum ſolis vel nō multum diſtabit ab eo. quum autem venus feratur in circuitu eclyptici: aliquando erit in eadem li-nea cum ſole: aliquando precedit: aliquando ſequitur. ¶ Item mora ſolis ſuper orizontē facit diē. cum dies ſit ſtatio ſolis ſuper terram: mora aūt ſolis ſub orizonte facit noctem et quia ſol longiorē facit mo-ram tempore eſtiuali ſuper orizontem ⁊ breuiorē ſub orizonte. ideo dies eſtiuales lōgiores ſunt nocti-bus: in hyeme aūt ſit ecōuerſo propter quod dies hyemales breuiores ſint noctibus. ¶ Tua vis variū temperat annum. Hic Boetius cōmendat regimen diuine prouidentie magis circa terreſtria. i. circa

Deus cogit

Lune

Luciferi

partes anni dicens. O deus tua vis: ideſt virtus: temperat ideſt ordinat varium annum ideſt diuerſas partes vt mitis zephirus ideſt ventus vernalis reuehat ideſt reducat frondes quas aufert ideſt deſtruit ſpiritus boree ideſt flatus boree ⁊ tua vis temperat vt queecunq; ſemina vidit arcturus ideſt illa ſtella altas ſegetes ideſt longas ſegetes vrat ſyrius: ideſt ſtella canicula tempore eſtiuali: ⁊ ſubdit nihil ſolutum ideſt ſegregatum antiqua lege ideſt eterna lege diuine prouidentie linquit ideſt derelinquit opus proprie ſtationis ideſt ad quod operandum eſt ſtatutū. ¶ Nota ꝙ quattuor ſunt partes anni: ver: hyems: autumnus ⁊ eſtas. In vere flat ventus qui dicitur zephirus qui ē collateralis fauonij ⁊ quia flat⁹ eius eſt leuis ideo dicitur mitis ⁊ ꝓducit virida. In hyeme ⁊ maxime in principio viget flat⁹ boree q eſt collateralis aquilonis: cuius flatus eſt fortis ⁊ frigidus ⁊ deſtruit viridaria denudando arbores. ¶ No. ꝙ arcturus eſt ſtella circa maiorē vrſam que dicitur vrere ſemina: quia tempore ſui ort⁹ quo oritur cum ſole tunc ſeminatur ſicut in autumno. ¶ Nota ſyrius eſt ſtella que alio nomine dicitur canicula. ⁊ dicitur canicula: ⁊ dicitur ſyrius a ſirem qđ eſt tractus: propter longum tractum caloris ⁊ apparet cum ſol eſt in cancro. ⁊ dicitur vrere ſegetes ideſt maturare. ¶ Nota de arcturo dicit Iſidorus in lib. Ethymo. Arcturus eſt ſydus poſt caudam maioris vrſe compoſitum: ⁊ oritur tempore autumnali: ſed vegetius dicit arcturum oriri poſt ydus ſeptembris. poſt. xij. kale. octobris. Item dicit. Iſido. Canicula eſt ſtella. ⁊ dicitur ſyrius que eſtiuis menſibus in medio centro celi eſt iuncta cum ſole duplicatur calor eius ⁊ diſſoluuntur corpora ⁊ euaporant a qua ſtella dicuntur dies caniculares in quibus moleſte ſunt purgationes. Omnia certo fine gubernas. In iſta parte Boe. tangit actus hominum non regi a diuina prouidentia: ſed derelictos regimini fortune dicens O deus tu gubernas omnia certo fine ideſt certo ordine ad finem ⁊ reſpuis ideſt ſpernis ſolos actus hominum. O rector deus tu merito cohibere. i. cohercearis. Nam cur lubrica fortuna verſat ideſt vertit tātas vices ideſt alternationes: q2 ipſa premit inſontes. i. innocentes noxia pena debita ſceleri ideſt homini ſcelerato: peruerſi mores. i. homines pu͡erſi in moribus reſident in celſo ſolio. i. alto loco ⁊ ipſi nocentes ideſt mali calcant ſancta colla ideſt colla ſanctoꝝ hominum iniuſta vice. i. iniuſta alternatione. qui ſancti potius deberent calcare colla nocentum q̄ e conuerſo: ⁊ clara virtus. i. homo clare virtutis iacet cōdita. i. abſcondita obſcuris tenebris. i. ab hominibus vicio obſcuritatis: ⁊ iuſtus homo tulit ideſt ſuſtulit crimen iniqui hominis: ⁊ periuria nil nocet ipſis iniquis: nec fraus cōpta. i. ornata mendaci colore ideſt falſa apparentia nocent ipſis: ſed cum prauis libuit vti viribus. i. exercere vires quos prauos metuunt innumeri populi. i. vulgares tunc ipſi gaudent ſubdere ideſt ſupplantare ſummos reges. i. bonos ⁊ ſapientes quorum regere eſt ⁊ alioꝝ gubernare. Item deus omnia gubernat certo fine: q2 dicit commentator. x. metaphiſice deus eſt menſura omnium ⁊ regula et infallibiliter verum metrum. Et commentator dicit primo celi ⁊ mundi. Entia diuina nos gubernant ⁊ regunt in nobis ſunt quaſi finis. Item illud quod eſt ſapientiſſimum regit certo fine: cū ſapientis eſt regere ſed deus eſt ſapientiſſimus eo ꝙ ſapientia a deo eſt. ¶ Nota Boe. vidit in mundo bonos deprimi ⁊ malos exaltari: cū tamen potius fieret e conuerſo. ideo ſibi videbatur ꝙ actus ⁊ operatiōes hominum nō regerentur a deo ſed magis fortuna: qui hunc humiliat ⁊ hunc exaltat a ideo Boe. deo conqueritur. O iam miſeras reſpice terras. Hic Boetius rogat vt deus regat actus hominum: ⁊ homines ſicut regit celum dicens. O quiſquis deus es tu qui nectis. i. coniugis federa. i. cōcordias rerum reſpice miſeras terras. i. hoīes in terra habitantes nos enim hoīes non ſumus vilis pars ſed valde nobilis tā ti tui operis. i. mūdi nos quatimur. i. cōcutimur ſalo. i. mari ⁊ amaritudine fortune ideo tu deus cōprime. i. cōſtringe rapidos fluctus. i. magnos impetus fortune: ⁊ eo federe. i. regimine quo regis immenſū celū. tu firma. i. robora ſtabiles terras. i. hoīes ſtabilles in terra. ¶ Nota Boe. hoiem non eſſe vilē partem mundi: q2 ſcribit in prologo libri de pomo Ariſto. Homo eſt digniſſima creaturarū: ſimilitudo omnium ad ymaginē dei factus eſt: ſcđo de aīa. Quodāmodo aīa cōuenit cū omnibus creaturis cōuenit enim cum angelis in intelligendo cum brutis in ſentiendo: cū plantis vegetādo cum lapidibus in eſſendo. ¶ Nota Boe. comparat fortunā ſalo. i. mari ſicut eñi nauis vndis marinis iactaē nunc in altum ⁊ nunc in profundum: ſic homo per fortunam nunc in proſperitate leuatur: nūc in aduerſitate deijcitur.

¶ O iam miſeras reſpice terras.
Quiſquis rerum federa nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortune ſalo.
Rapidos rector comprime fluctus.
Et quo celum regis immenſum
Firma ſtabiles federe terras.

Partes anni

Arcturus.

Syrius.

¶ Aſcenſius.

O Stelliferi conditor orbis. Ode hec quinta primi libri eſt monocolos: quia omnes verſus vnius ſunt metri niſi ꝙ alios pedes admittunt. Quos tam diuerſos Boetius in hoc genere carminis poſuit vt nullam legem ſeruatam voluiſſe videatur dummodo ſint quattuor pedes: nam primo loco ſepe ponit ſpondeum: interdum anapeſtum: interdum dactilum. Secundo loco ſpondeum anapeſtum ⁊ dactilum. Tertio loco ſepe dactilum raro anapeſtum rarius ſpondeum. Quarto loco ſepe ſpondeum aut trocheum loco ſpondei nec raro anapeſtum: ſed rariſſime amphimacrum: qui breuiter inter duas longas conſtat. Ut ho-

mines quatimur fortune ſolo. tres vltime ſyllabe amphimachrū conſtituunt. habet ergo quilibet ver-
ſiculus quattuor pedes qui fere ſunt dactili ſpondei aut anapeſti: ſed vltimo loco vix dactilum oſten-
das In primo autem verſu legendū eſt o ſtelliferi. Si enim vt multi tollas particulam o: oportebit po
nere iambum cum trocheo: qui alibi ſic non reperiuntur in hoc carmine. Summa huius carminis eſt **Summa**
omnia certo ordine certoqꝫ moderamine ab optimo maximo deo vnde ꝓdita ſunt regi ⁊ gubernari pre
ter hominem. Et re uera ſolus homo non libero gaudet arbitrio. tametſi extra dei gubernacula nō ſit.
Qui perpetuo nitus ſolio. Male legas nexus. Turpe enim eſſet ſolum non deo: ſed vel regi mortali eſſe
nexum ſolio. lege ergo Nixus. ſolio ideſt annixus ſuffultus. a nitor niteris: non a necor. Solium eſt ſe- **Nixus**
des facta ex materia ſolida ideſt integra ⁊ non plurimarum partium. Tyrāni enim ⁊ qui inſidias time- **Solium.**
bant ſolebant olim vti ſedibus ex ſolio lapide aut ligno cauato confectis: ne quis adoriaᷓ ⁊ dolor inter
ficiat eos. Deductum eſt vocabulum eo ꝙ oſca lingua. Solon integrum ⁊ plenum dicitur. Inde ſoli- **Solon.**
dum quicquid plenum durum ⁊ integrum hoc eſt non cauernoſum aut molle eſt. Unde ⁊ ſolon dicitur
quicquid aliud corpus ſuſtinet. vnde ſicut hominum ⁊ ceterorum greſſibilium ſolon terra eſt: ita piſciū
aqua ⁊ volatilium aer quod dico ne forte putes ſolam terram ſolon dici. Turbine olim hoc turben di- **Turba.**
cebaᷓ. Unde hic turbo huius turbinis adhuc facit pro vertigine aut giro ſed proprium viri hic turbo
huius turbōis facit. Horatius in ſermonib⁹. Turbonis ī armis. Condar ſtellas vlna minores. Errant **Luna.**
q dicant lunā dici quaſi lucentium ſtellarū vnam: ⁊ ſolem quaſi olem lucentē ſuo. i. proprio lum ne. Di- **Sol.**
citur autem ſol frater lune propter fabulaꝫ que hec eſt vt eam recitat Seruius. Iupiter viciata latona
etiam aſteriem eius ſororem viciare voluit illa autem rogans a dijs: vt in auem vertereᷓ cothurnix effe
cta eſt: ſed cum mare tranſfretaret afflata a ioue in ſaxum conuerſa ſub aquis emerſa eſt. Inde ſuppli-
cante Ioui latona ſupernatauit. ac primum neptuno ⁊ doridi conſecrata eſt. Deinde cum Iuno lato
nam immiſſo phitone ſerpente inſectaretur littori adheſiſſet ſororeꝫ exculſo ſerpente intra mare recipit.
in hac inſula que delos dicitur: ipſa latona dianam ac apolinam peperit: ſed diana iam nata pro obſte-
trice matri phebum parienti obſequium prebuit. Unde quamuis virgo a parientibus inuocatur Apol
lo vt primum natus eſt Phytone ſatis interempto matrem ſuam. eſt vultus ⁊ terram in qua duo numi-
na ſunt nata errare non ſunt iſti dij paſſi: ſed duabus inſulis alligauerunt mycone ⁊ gayco. Ueritas in-
quit Seruius eſt ꝙ cum inſula terre motu laboraret conſuluerunt oraculum apollinis. Cuius reſpon
ſum fuit ne mortuos ibi ſepelirent. ⁊ ſacra quedam facerent poſtea a gyaro ⁊ micona vicinis inſulis ve
nerunt qui eam habitauerunt. Dicunt dianam primum natam: quia nox primum fuit. Dicta eſt inſula
primum orthygia: quia grece orthyx dicitur cothurnix. Et quia poſtea emergens apparuit delos appel
lata eſt. Nam delos dicunt: vel quia appolinis oracula que alibi obſcura ſunt illic manifeſta danᷓ. Hec **Delos.**
Seruius. Ex quibus patet cur ſol dicatur frater lune. Nam idem eſt ſol Apollo Delius Tymbreus
⁊ phebus. Eademqꝫ diana luna ⁊ proſerpina. Sed luna dicitur in celo. Diana in ſiluis. Proſerpi-
na apud inferos. quia ergo latona dianam ⁊ apollinem: ideſt lunam ⁊ ſolem dicitur peperiſſe in inſula
delo. inde ſoror phebi dicitur. Item quia conſtitui vocabula ſemel dicere: ⁊ ad locum vbi dicta ſunt
reuelare ne nominum multiplicitas legentem fallat: ex bonis commentariis hec collegi. Apuleius lib.
xi. ſcribit ꝙ rerum nature parens elementorum omnium domina ſumma numinum regina manium pri
ma celitum deorum dearumqꝫ facies vniformis. Cuius numen vnicum mille forme ſpecie: ritu vario
nomine multiuago totus veneratur orbis. A philigibus nominatur peſſinuntica deorum mater. **Mater deo-**
Ab acticis cecropeta minerua. A cyprijs. paphia ven⁹. A cretenſib⁹ dicitur diana. A ſiculis trilingui- **rum**
bus ſtygia ꝓſerpina. Ab eleſinis vetuſta dea. Ceres ab alijs. Iuno ab alijs. Bellōa ab alijs. Hecate ab
alijs. Rhamnuſia ab ethiopibus. Ab egyptijs vero regina Iſis. Dionyſius etiam libro primo ait: ꝙ
quidem Iſidem: alij Cererem quidam Theſinophoram: alij lunam. Nonnulli iunonem. Alij alio no-
mine appellant. Eandem autem ⁊ iunonem ⁊ dianam dici que parientibus preeſt ⁊ ob id lucina voca-
tur patet: quia Terentius in andria ſcripſit. Iuno lucina fer opem. Uirgilius autem in Bucol. Caſta
faue lucina tuus iam regnat Apollo: quaſi dicat: frater tuus. Diana autem ideſt luna eſt ſoror apolli-
nis. Si quis autem ad veritatem catholicam reſpicere velit non niſi parabolice lunam ſororem ſolis
appellare poſſit eo ꝙ ab vno parēte deo facti ſunt. Cum dictū ſit. Fecit deus duo luminaria magna ⁊c.
Ut nunc pleno lucida cornu totius fratris obuia flammis. obuia: ideſt oppoſita. in oppoſitione enīꝫ eſt
plenilunium. Uolunt autem phyſici lunam eſſe globum opacum illuminabilem a ſole ſicut globus eneus
ab igne. Quocirca ſemper eius media pars quod ſolem ex directo reſpicit illuminata eſt: ſed nobis non
apparet illa tota niſi in oppoſitione. tunc enim ſolent vt nos hoc eſt ex eadem medietate reſpicit. Quan
do autem coniunctio eſt: quia ſoli ſupponuntur: ⁊ inter nos ⁊ lunam obijcitur ea medietas duntaxat il
luminata eſt que a nobis aduerſa eſt: quocirca in nouilunio lunam non videmus: ſed quāto magis ſole re
cedit. tanto amplior nobis videtur. Et hoc eſt quod author noſter dixit. Nunc obſcuro placida cornu
phebo proprior lumina perdat non quidem ſimpliciter. ſed quo ad nos. De hac mutabilitate lune ſic di
cit Plinius libro ſecundo Omnium admirationem vincit nouiſſimum ſydus. terriſqꝫ familiariſſimum
⁊ in tenebrarum remedium ab natura repertum lune. Multiformi hec ambage torſit ingenia contem
plantium ⁊ proximum ignorare ſydus indignātium creſcens ſemper ac decreſcens. Et modo curua-
ta in cornua modo equa ꝓportione diuiſa modo ſinuata in orbem: maculoſa eademqꝫ ſubito pernitens
immenſa orbe pleno ac repente nulla. Alias pernox: alias ſera ⁊ parte diei ſolis lucem adiuuans: defi-
ciens: ⁊ in defectu tantum conſpicua ⁊c. Et qui prime ⁊c. Uult eodem eſſe planetam heſperum qui tem
pore veſpertino ſolem ſequitur ⁊ luciferum qui matutino tempore ſolem precedit. Nam ſtella veneris
phoſphoros grece lucifer latine dicitur quum antegreditur ſolem quum ſubſequitur autem heſperos. **Stella vene-**
ris.

Quod cicero in lib. de natura deorum ita edocuit. Et Pli. li. ſecundo. c. viij. de venere ſic ait. Preueniens quippe ⁊ ante matutinum exoriens lucifer nomen accipit vt ſol alter. Contra ab occaſu refulgens
Lucifer. Heſperus.
nuncupatur veſper: hec ille. Sola autem venus inter planetas excedit zodiacum duobus gradibus. Nunquam autem ſole diſcedit vltra. xxxv. gradus. Quoniam illud ſubſequitur motu materiali antecedit autem motu proprio. Primus autem pitagoras apud grecos authore parmenide deprehēdit eun
Bruma.
dem eſſe luciferū ⁊ heſperū. Bruma eſt breuiſſimus dies: accipit aūt pro tpe hyberno: immo hic pro autūnali. tūc enim frondes defluūt. vñ di. Tu frondiflue ⁊c. De arboribus aūt rectius frondes ꝙ folia dixeris. Sunt note ſunt: quas Vir. i. Enei. ſic ponit. Hic canit errantem lunā: ſoliſqꝫ arbores. arcturum pluuiaſqꝫ hyadas: geminoſqꝫ triones. Qui tantū oceano properāt ſe īgerere ſoles hyberni. vel: que tardior mora noctibus obſtet ⁊c. vt ergo mutato quedā virgiliana.
Boreas.
Boreas vētus ſeptētrionalis eſt frigidus apprime: ⁊ tamen adurens. vñ illud. Et boree penetrabile frigus adurit. Quia ergo frigidus ⁊ ſicc⁹ eſt cauſat defluuiū in arboribus decidunt enim flāte borea tpe autumnali frondes arbor̄
Zephirus.
zephirus āt ꝯtrario tepidus ⁊ humidus eſt: qui latine fauonius dicit a fauendo vel fouendo: flatqꝫ ab occaſu equinoctiali incipit pleruqꝫ pridie idus februarij hoc eſt in principio.
Arcturus.
Arcturus latine interp̄tatur cauda vrſe. Eſt autē ſtella poſt caudā maioris vrſe poſita in ſigno bootee. Precipit autē in Georgicis hoc ſigno cadente quedā ſeminare. vnde dicit: haud obſcura cadēs mittet tibi ſigna bootes. Incipe ⁊ ad media ſementē extēde pruinas. vñ hic dicitur Queqꝫ arcturus ſemina vidit,
Sirius.
Sirius altas vret ſegetes. Sirium autē dictū putāt ꝓpter ſtelle candorem. alij a longo tractu. Nā ſua magnitudine trium ſignorū ſpacia occupare videtur latini caniculā
Canicula.
appellant. Eſt in medio centro celi ad quem cū ſol accedit corpora humana languore afficiuntur. Dicunt eſſe canē illā quacū dracone europe cuſtos data eſt. Eandē poſtea pocridi dono datā quā Cephalus pocridis marit⁹ thebas adduxit cōtra vulpē que thebāos agros vaſtabat. Sed cū ⁊ vulpi ⁊ cani fatū eſſet ne poſſent interfici iuppiter vulpē in ſaxū vertit canē in aſtra retulit. Alij dicunt canē eſſe que icarum a paſtoribus ceſum erygone filie ſue inſepultum oſidit. inde cum erigone poſthumatū patrē ſe in hymeto laqueo ſuſpēdiſſet: liber iouē exorauit: vt Icarus in acturū. Erigone in virginē verteret. Canis aūt que ad pedes pendentis dñe mortua eſt lyron aſtrū facta eſt homerus aūt canē orionis atteſtatur eſſe. Hēt hec ymago in capite ſtellā vnā clarā que ipſis df. In lingua vnam quā ſiriū: ⁊ caniculā vocāt magnā ⁊ ſplēdidā. In collo duas in ſingulis humeris ſingulas: in pectore duas: in anteriori pede ſiniſtro tres in dextro vnā clarā: in extremo dorſo tres: in vētre duas i ſiniſtro femore vnā: in poſteriori pede ſiniſtro vnā: in ſummitate caude vnā: hec fere landinus collegit. Q̄ đ aūt ſegetes vrat atteſtat, Virgilius. iij. Ency. tū ſteriles exuere ſirius agros. ¶ Proprie ſtatiōis apte dcm̄. Quia enim variū ⁊ mutabilē annū
Statio. Portus.
eſſe oñdum ⁊ ſydera nō manere in vno loco: hñ dicit ipſis eſſe opus ſtationis. Statio enī eſt vbi naues ad paruū tp̄s ſtant. Portus quo ſua portāt: ⁊ vbi lōgā requiē hēre optāt naute premit inſontes ⁊c. Ad uerte grāmatice. he dictiones debita noxia pena ſunt natiui caſus vt verſus indicat ⁊ cōſtructio. Nā ordo eſt. pena noxia. i. nociua debita ſceleri premit inſontes ⁊ mores puerſi reſident celſo ſolio. Si enī deſtruēdo verſuum ordinē feceris ſic forma p̄mit inſontes pēa. i. per penā ⁊c. tūc addendū ē ⁊ dat puerſis morib⁹ celſum ſolū ⁊c. Cetera manifeſta puto. Opis tanti pars nō vilis hoīes appoſitio eſt: non eſt aūt interponēda cōiunctio dicēdo parſqꝫ ⁊c, Salū mare ſalſum eſt cuius mobilitati mūdi inſtabilitas

¶ Proſa quinta primi libri.

Hec vbi ꝯtinuato dolore delatraui: illa vultu placido: nihilqꝫ meis queſtibus mota. P. cū te inquit meſtum lachrymantemqꝫ vidiſſem: ilico miſerū exulemqꝫ cognoui. Sed ꝙ id longinquum eſſet exiliū: niſi tua prodidiſſet oratio neſciebam. Sed tu ꝙ procul a patria non qdē pulſus es: ſed aberraſti. At ſi te pulſum eſtimari mauis: te potius ipſe pepuliſti: nam id quidem de te nunꝙ cuiqꝫ p̄bas fuiſſet: Sed enim cuius oriūdus ſis patrie reminiſcaris: nō vti athenienſium quodam multitudinis imperio regitur: ſed vnus dominus ē: ⁊ vn⁹ rex: vnus ⁊ princeps. Qui frequentia ciuium non depulſione letatur cuius agi frenis atqꝫ obtēperare iuſtitie ſumma libertas eſt. An ignoras illam tue ciuitatis antiquiſſimam legem? qua ſancitum eſt ius exulare non eſſe quiſquis in ea ſedem fundare maluerit. Nā que vallo eius ac munimine continetur: nullus metus eſt ne exul eſſe mereatur. At quiſquis inhabitare eam velle deſierit: pariter deſinit etiam mereri.

ap' e cōſerf. ptȝ aūt ex ꝯñti proſa hāc ſentētiā nō eſſe poſitā de mēte Boe. ſed eius quē Boe. repñtat.

Sanctus Thomas.

H Ec vbi continuatio ⁊c. Hic incipit proſa quinta huius primi in qua Boet oſtendit quō. p. ſe habuit ad ſuam querimoniā ⁊ quid ex ea cognouerit. Scdo. p. quedā dicta Boe. irrationabilia paruipēdit. Tertio ſub breuitate recolligit ea que ipſum Boe. perturbāt Quarto pħia dat modū curādi ipm Boe. ſcda ibi. Ita nō me taȝ loci huius. tertia ibi Et tu quidē de tuis. quarta ibi. Sȝ qm̄ plurius. Dicit primo. Poſtq̄ ego Boe. delatraui. i. cōtra rōnē locut' ſuȝ hec ſup. pdicta cōtinuato dolore. i. aſſidua turbatiōe illa. ſ. pħia placido vultu nihil mota. i. irata meis queſtub'. i. meis q̄rimōis ingt. i. dicit cuȝ. i qñ ego vidiſſem te Boe. meſtū. i. triſtē. ꝙ ꝓ ⁊ lachrimātē. i. flantē ilico. i. ſtati cognoui te miſerū ꝙ ꝓ ⁊ exulē. i. patientē exiliū: ſed q̄ longiquū. i. remotū eēt illud exiliū ego neſciebam. i. ignorabam: niſi tua ofo. i. ſermo mihi pdidiſſet. i. reuelaſſet ſȝ tu ſup. Bo. qdē ꝓ certo nō es pulſus q̄ pcul. i. valde remote a pfia. i. a iudicio rōnis ſȝ aberraſti. i. deuiaſti. at ꝓ ſȝ ſi tu mauis. i. magi vis eſtimaſ te eē pulſuȝ a pfia potius ſup. tu ipſe pepuliſti te Boe. nam pro quia quideȝ pro certo id. i. repellere te a pfia nunq̄ fuiſſet phas. i. licitū cuiq̄ ſup. hoīm ſȝ eni reminiſcaris. i. recorderis cuius patrie. i. de qua pfia ſis oriundus idest natus: nō vti pro ſicut ſup. ciuitas athenienſium quondaȝ regiſ imperio. i. ex pcepto multitudinis i. multoꝝ rectoꝝ. Sequiſ grecū qd̄ iā valet in latino: ſȝ vnus eſt dūs ⁊ vnus rex: vn' ⁊ princeps q gaudet de frequē. ia. i. de frequēti inhabitatiōe ciuiū. i. incolaꝝ ⁊ nō depulſione. Cuius regis agi. i. duci frenis. i. pceptis. atq̄ ꝓ ⁊ optēperare. i. obedire iuſticie ſumma eſt libertas. An pro nūquid ignoras illam antiquiſſimā legē. i. ſtatutū tue ciuitatis. i. recte rōnis q: ſancitū. i. confirmatū eſt ius non eſſe. i. ad eam non pertinere exulare. i. in exilium pati quiſquis. i. quicūq; maluerit. i. optauerit fundare. i. locare in ea ciuitate ſedem. i. habitationem ſuaȝ. nam pro q: qui ꝯtineſ. i. cōprehenditur vallo ac munitiōe eius ſup. ciuitatis nullus metus. i. timor eſt illi vt mereatur eſſe exul. at ꝓ ſȝ quiſquis deſierit. i. ceſſauerit velle inhabitare eam ciuitatē pariter deſinit eā mereri. i. meritū ꝯſequi. ℭ No. ꝙ delatrare proprie eſt canum in ꝓpoſito aūt delatrare eſt vrgēte dolore cōtra rōnem loqui. ⁊ ſic Boeti' q: dicit actus hoīm nō regi a deo cōtra rōnem loquebaſ: ergo dicit ſe dlatraſſe. ℭ No. non eſt hoīs ſapientis moueri ex his qui dicuntur ab inſipiente contra rōnem: ſed magis debet inſipientē inſtruere ⁊ ipſum ꝯſolari ergo pħia non fuit mota ex queſtubus Boe. ſȝ magis ipm conſolabaſ. No. pħia cognouit Boe. eſſe miſerū ⁊ exulē miſer eſt ille cuius anim' ſequiſ mutatione rerū tpalium: ita ꝙ extolliſ in ꝓſperis ⁊ deprimitur in aduerſis. Exul in propoſito non eſt ille q mutat regionē ſed qui agit contra rōnē. ℭ No. ꝙ p lachrymas pōt cognoſci ꝙ ratio hoīs ſit turbata: ſed quantū turbatā ſit non cognoſciſ niſi ſermone dolentis ergo dicit pħia. lachrymis cognoui te eſſe exulem: ſed quantū eēt exilium neſciebam niſi tua ofo mihi pdidiſſet. ℭ No. ille pulſus eſt a patria qui oīno rōnem amittit: ſed ille aberrat qui infra patriā in aliquo rōnē retinet: ⁊ in aliquo amittit. Boe. aūt non erat pulſus pcul a patria: q: non totam rōnem amiſerat credebat enim oīa regi a deo: ſed in hoc aberrabat ꝙ actus hoīm a deo regi non putabat. ℭ Nota de pfia hoīs que eſt recta ratio loquitur Seneca in de remedijs fortuitorū dicēs. Patria eſt vbicūq; homo bene eſt illud autem qd̄ bene in hoīe eſt non in loco eſt: in hoīs inq̄ ptāte eſt ſi ſapiēs eſt non peregrinatur: ſi ſtultus exulat. ℭ Nota a pfia rōnis nullus Boe. expulit niſi ipſe ſeipm: q: Boe. non alieno impetu. ſed proprio defectu terminos ⁊ limites rōnis exiuit. ℭ Nota ciuitas athenienſiū regebatur imperio multitudinis. Primo eni eam regebāt reges poſtea ſuccedēte tēpore principes tandē pro regimine eius ſingulis annis eligebantur. xxxviij. ſapiētes: ſed patria rationis tantum vno principe regitur. i. deo qui eſt regula recte rationis. ℭ Nota ꝙ homo dicitur oriundus a patria rationis inq̄tum anima eius intellectiua que vtitur recta ratione a deo oritur. ℭ Nota in tm̄ homo manet in patria rationis inquantum deo ſubijcitur ⁊ legi diuine: ⁊ quia deus in ſubiectione ſuorum delectatur: ideo letatur in multitudine ciuium non in expulſione eorum. repellitur autem aliquis a patria rationis deo rebellando: ⁊ a recta ratione recedendo. ℭ Nota qui obtemperat deo eſt ſumme liber: quia aliquis inq̄tum agit ſcdm rectā rationē intantū eſt liber: ſed per obtēperare ſe deo homo maxie agit ſecundum rationem: ergo talis maxime liber eſt. Vñ Se. lij. epiſtola dicit. Queris que ſit libertas. libertas vera eſt nulli rei ꝑterq̄ deo ſeruire equanimiter proſpera ⁊ aduerſa ferre ⁊ fortunam in equum ducere. Nota ꝙ a ciuitate rōnis nullus exulat niſi per affectionem temporalium. talis autem affectio eſt voluntaria: ⁊ ideo ſola voluntate aliquis exulat a tali ciuitate: ⁊ quia talis affectio nō poteſt hoīem occupare q̄diu eſt infra terminos recte rationis: ideo dicit pħia nā qui vallo eius ⁊c. Itaq; non me tā loci huius. Hic pħia quedā dicta irrationabilia Boe. paruipēdit di. ex quo aberraſti a pfia rōnis itaq; pro ergo non tam. i. non tm̄ facies. i. diſpoſitio hui' loci. ſ. exilij q̄. i. q̄tū tua facies. i. interior diſpoſitio mētis tue mouet. i pturbat me pħiā et q: ſupius cōqueſtus fuit de carētia bibliotece libroꝝ iſtam carentiā paruipēdens pħia dicit: nec ego pħia requiro. i. inueſtigio parietes bibliotece cōptos. i. ornatos ebore. i. oſſibus elephantum: ac pro etiaȝ vitro. i. gemmis pcioſis q̄. i. q̄tum ſup. ego requiro ſedē. i. tranquillitatem tue mentis in qua mente nō collocaui. i. poſui libros: ſȝ id. i. illud qd̄ facit preciū. i. precioſitatē libroꝝ. i. ſnias meoꝝ librorū. ℭ No.

ℭ Itaq; non taȝ me loci huius q̄ tua facies mouet. Nec bibliotece potius cōptos ebore ac vitro parietes: nec tue mētis ſedeȝ requiro. In qua non libros: ſed id quod libris preciuȝ facit: librorum quondam meorum ſententias collocaui. ℭ Et tu quidem de tuis in com

Delatrare

Pulſus a patria.

Libertas.

ꝙ Boe. ſupra conquerendo de ſtatu ſuo ſolum deplangit incommoda corporalia non curans deiectio-nem animi ſui. vnde philoſophia contra hoc ſolū deplangit ſui animi deiectionē ⁊ incōmoda corpora-lia paruipendit ⁊ quia ſuperius in quarta proſa dixit Boe. nunquid nō mouet te facies huius loci: ideo philoſophia hic ſibi reſpondens dicit multo plus moueor propter animi tui deiectionem ꝗ̄ propter lo-cum exilij in quo exiliſtis. Homo enim fortis animo omni loco vtitur pro patria. Unde Ouidius in lib. de faſtis. Omne ſoluz forti patria vt piſcibus equor. ⁊ qꝛ etiā conqueſtus fuit de biblioteca reſpondet phia ꝙ ipſa potius deplangit ſnſas librorūꝫ quas per obliuionem pdidit ꝗ̄ carē-tiam bibliotece ⁊ librorꝫ. ¶ Et tu qui-deꝫ de tuis. Hic philoſophia ſub bre-uitate recolligit que Boetius pertur-bauerunt dicens. Et tu Boet. dixi-ſti vera d̄ tuis meritis. i. factis in cōe bonum. i. propter oīm hominum vti-litatē ſed ſup. dixiſti pauca. ſ. bnficia tibi eueniſſe pro multitudine geſtorū i. factorum tuorūꝫ ⁊ tu memoraſti. i. recitaſti nota. i. manifeſta cunctis ho-minibus de honeſtate. ſ. de ſaluatiōe ſenatus vel falſitate. i. ꝯtemplatione falſarum litterarūꝫ obiectorū. i. im-putatorum tibi quidem pro certe tu ſtrictum putaſti. i. exiſtimaſti attingē-duꝫ ſup. recte. i. rationabiliter de ſce-leribus. i. de vitiūs qꝫ pro et: fraudi-bus. i. deceptionibus delatorūꝫ. i. ac-cuſantiūꝫ ꝙ ea. i. oīa iſta celebrantur i. memorantur melius qꝫ pro ⁊ vberi-us. i. copioſius ore. i. ſermone vulgi. recognoſcētis. i. memorantis oīa eti-am Boe. increpuiſti vehemēter. i. for-titer factum. i. opus iniuſti ſenatus ſup. totius ⁊ tu etiam doluiſti de nr̄a criminatione. i. vituperatione ⁊ tu ēt fleuiſti dāna. i. crimina leſe opinionis i. ꝯmaculate fame tue poſtremo. i. vl-timo dolor icāduit aduerſus fortunā. i. ꝯ fortunā qꝫ ꝓ ⁊ ſup. tu Boe. ꝯqueſtꝰ es nō cōpēſari. i. retribui equa. i. digna p̄mia meritis. i. pro meritis in extremo. i. in fine ſeuientis muſe. i. furiētis metri. tu ꝓpoſui-ſti. i. dediſti vota. i. preces ꝙ ea par ſup. diuine prouidētie regeret terras. i. homines terrenos vti pro ſi-cut regit celum. No. ꝙ hec oīa fuerūt cauſa perturbationis mētis Boe. ⁊ pertractat ea in quarta ꝓſa in fine metri. O ſtelliferi. ¶ Sed qm̄. Hic phia dat modū curandi ipſum Boe. dicens. Sed quoniā plu-rimus tumultus. i. valde magna multitudo affectuum. paſſionū incubuit. i. inſtitit tibi ⁊ dolor: ira me-ror. i. triſtitia diſtrahunt te diuerſum. i. diuerſa ideo ſicut nunc mentis es nondum contingunt. i. reſpici-unt te validiora remedia. i. fortiora medicamēta. Itaqꝫ nos vtemur pauliſper. i. modicū leuioribus re-medijs. vt ea que idurucrūt. i. indurauerūt in timorē i. inflaturā perturbationis. i. triſticijs animi iflu-entibus. i. euenientibus illa molleſcāt. i. mollia fiant: blādiore tactu. i. leuiori medicina ad rapiendum viꝫ

Paſſiones animi. acrioris ideſt fortioris medicaminis. Nota ꝙ Boetius diſtractus multitudine affectionum ſcꝫ ira me-rore ⁊ dolore nam ira trahit hoiem ad vindictā: dolor ad deſperationē: meror ad totius mentis aggra-uationem ideo dicit philoſophia ꝙ ſua perturbatio iam non poſſit ſuſtinere fortiora remedia: ſed velit ſibi adhibere leuia vt per talia preparatus ⁊ diſpoſitus conſequenter poſſit recipere remedia acriora.

mune bonū meritis vera qdem: ſed pro mul-titudine geſtorū tibi pauca dixiſti. De obie-ctorꝫ qdeꝫ tibi vel honeſtate vel falſitate cun-ctis nota memoraſti. De ſceleribus fraudi-buſqꝫ delatorū recte tu qdeꝫ ſtrictimqꝫ atti-gēdum putaſti: ꝙ ea melius vberiuſqꝫ reco-gnoſcentis oīa vulgi ore celebrantur. Increpuiſti ēt vehemēter iniuſti factuꝫ ſenatus: de noſtra etiaꝫ criminatiōe doluiſti: leſe quoqꝫ opinionis damna fleuiſti. Poſtremo vero aduerſus fortunam dolor icanduit: conque-ſtuſqꝫ nō equa meritis premia cōpenſari. In extremo muſe ſeuientis: vt vti celum terras quoqꝫ par regeret vota poſuiſti. Sed quoni-aꝫ plurimus tibi affectuū tumultus icubuit: diuerſumqꝫ te dolor: ira: meror: diſtrahunt: vti nunc mentis es nondum te validiora re-media ꝯtingunt. Itaqꝫ leuioribus pauliſper vtemur: vt quā ī timorē ꝑturbationibus iflu-entibus induruerunt: ad actioris viꝫ medica-minis recipiēdā tactu blandiore molleſcant.

¶ Aſcenſius.

Nota. Hec vbi continuato dolore delatraui ⁊c. In hac q̄nta proſa phia in Boe. repreſentāte per-ſonā hominis meſti impatientis: ⁊ recto iudicio oberrantis: inueſtigat cauſas erroris. palā eſt aūt Boe. ſuperiora non ex ſua pſona dixiſſe: eo ꝙ ſe delatraſſe ꝯfitetur quaſi inſano ⁊ ca-nino latratu talia in deū proferantur. Nil mei queſtibus mota. Meminerit iuuenis lector

Queſtus. queſtus qō plurali dūtaxat nūero reperitur qn̄ a deponentali queror deducit in dtō ⁊ abltō pluralibus hēe vbus ſicut portubus. A quero aūt verbo actiuo deducit queſtus vtriuſqꝫ numeri in dictis caſibus p ibus ꝓferendū. Sed tu ꝗ̄ ꝓcul. Quā vt dixi pro valde ſuperlatiuū efflagi-tat itaqꝫ ꝗ̄ ꝓcul ideꝫ eſt ꝗ̄ lōgiſſime. i. valde longe. vl ſi ꝗ̄ accipiatur pro eo qō eſt ꝗ̄tū legeſ cū quadā

Ortus. admiratiōe ⁊ cōmiſeratiōe. q. d. o. maxie iupiter ꝗ̄ procul. i. ꝗ̄tū remote ⁊ lōge tu Boe. a patria aber-

Oriundus. raſti cuius oriūdū. Nā ortus eſt aliqs vbi natus ēt ſi nullos parētes illic ortos aut inde oriūdos hēat ⁊ cōſtruit cū gtō ꝓpꝛij noīs quō cetera v̄ba ⁊ p̄cipia: aut cū prepoſitione ⁊ abltō. Oriūdꝰ aūt dr̄ de

aliquo loco vnde parentes eius originem traxerunt tametſi illic natus non ſit. Patria autē eſt ſuum cu iuſqꝫ natale ſolum. nec apte ponitur pro regione ab ijs qui multas patrias regum habere dicuntur. Poteſt autem dictum philoſophie philoſophice intelligi: vt ſcḋm doctrinaꝫ Platonis patriaꝫ noſtram ce lum dicat. vnde anima per planetarum vrbes delapſa in corpus deſcendiſſe dicatur. Sed hic Boetio non congruit qui quod Auguſtinus dicit. nouit animam non prius creatam fuiſſe in celo ꝙ̄ corpori in fundꝫeretur: ſed ſimul ⁊ creando infu ſam ⁊ infundendo creatam. Verū ta men quia anime rationalis pater deus eſt ipſaqꝫ potiſſima pars hominis: ideo pōt intelligi de celo loqui. Non enim dicit animaꝫ ortā hoc ē creatā in celo: ſed oriundā de celo: quia a deo patre qui in celis eſt originē trahit cuꝫ a deo non a patre terreno cuꝫ corpore generetur. Sed hec quia grāmaticorū partes excedunt miſſa facio. Sanci tuꝫ ſcribitur per. c. ſicut ⁊ ſanctū. Fū dare eſt aliquid roborare ⁊ firmare fundamenta iacere eſt ſtructurā eius incboare quod neſcientibus aduer tendum eſt. De noſtra etiaꝫ crimina tione rectius docui legēdu eſſe de no ſtri etiā criminatiōe. In timorē indu ruerunt: nō recte exponit. i. indurauerūt. Dureo enim ⁊ indureo abſoluta ſunt ſeu neutralia verba ſere paſſiuā ſignificationē hñtia. Eſt enim dure re ⁊ indurere durū eſſe vel durū fieri ſed duro ⁊ induro actiua ſunt ⁊ ſigni ficāt durū facere. Itaqꝫ dices lutuꝫ indurere ⁊ ſoleꝫ indurare. Ne tamē moleſtꝰ ſim verbū nō amplꝰ addaꝫ.

Patria. Fundare. Dureo. Indureo. Duro. Induro.

¶ Metrum ſextum primi libri.

CUm phebi radijs graue
Cancri ſydus inestuat.
Tunc qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit
Elauſus cereris fide
Quernas pgat ad arbores.
Nunqꝫ purpureum nemus
Lecturus violas petas:
Cum ſeuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec queras auida manu
Vernos ſtringere palmites
Vuis ſi libeat frui.
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora proprijs
Aptans officijs deus.
Nec quas ipſe coercuit
Miſceri patitur vices.
Si quod precipiti via
Certum deſerit ordinem
Letos non habet exitus.

¶ Metrum ſextum primi libri.

CUm phebi radijs graue. Hic incipit ſextum metrū huius primi quod dicitur metrum gliconicum ab in uentore coriambicum a pede predo minante. Eſt autem coriambus pes conſtans ex prima ⁊ vltima longa ⁊ duabus medijs breuibus. Vnde pri mus pes huius metri eſt ſpondeus: ſecundus coriambus tertius pirri chius qui eſt pes cōſtans ex duabus breuibus ⁊ loco eius aliquādo ponitur iambus q cōſtat ex prima breui ⁊ vltima lōga. In hoc ergo me tro ſexto philoſophia probat dictum ſuum per exempla. dicit enim ꝙ Boetio pro nunc conuenirent re media fortia: ſed alio tempore. probat ergo ꝙ omnia requirant tempus determinatū ⁊ ſi fiant extra ſu um tempus non proſperantur: ⁊ hoc probat tribus exemplis. Secundo tangit tempora non permiſcē ri que deus diſtinxit ibi. Signat tempora. Primum exemplum eſt de ſemine. quod ſi ſeminatur indebi to tempore nō profert fructum: vt ſi quis ſeminaret in Julio vel in auguſto. vnde dicit ſic in littera. Cū pro quando graue ſydus cancri illius ſigni. ineſtuat. i. inardeſcit radijs phebi. i. ſolis. tunc ideſt. in illo tempore qui credit ideſt cōmiſit larga ſemina ideſt coпиoſa ſemina. ſulcis ideſt cauernis terre neganti bus ſup. ſpem meſſis talis eluſus ideſt fruſtratus fide beneficio cereris. i. dee frugum pergat ideſt acce dat ad arbores quernas ideſt quercuum ⁊ veſcatur fructibus eorum. Tūc ponit ſecundum exemplum de floribus quos homo fruſtra querit tempore hyemali cum tempus eoruꝫ ſit in vere vnde dicit in lit tera. Tu lecturus ideſt collecturus: violas nunquam petas ideſt accedas purpureum nemus ideſt flori dam ſiluam cum ideſt quando campus ſtridens ideſt ſonans. inhorruit: ideſt horribiliter apparuit: ſeuis aquilonibus. i. crudelibus vētis hyemalis. Tunc ponit tertiū exēplū: ⁊ eſt de vuis que mature ſunt au tumno: ⁊ iō fruſtra querunt tpe ꝟnali: vñ dicit ſi libeat frui vuis nō queras auida. i. cupida manu ſtrin gere vernos palmites. i. vernales vites. bacchꝰ deus vini potius ꝯtulit ſua munera. i. vuas autumno. i. tpe autumni. ¶ No. ꝙ ſydus cancri dr̄ graue quia ſole exiſtēte in cācro homies grauant nimio calore. quo tpe nō eſt ſeminandū: quia ad hoc ꝙ ſemen conualeſcat requiritur humor qui calor ſolis feruido tpe ſolui tur ⁊ euaporat. No. ſm fabulas cum pluto rapuerat proſerpinam mater eius Ceres querens ipſam in terris ⁊ non inueniens denegauit hoibus bñficium frugum: ⁊ tunc hoies pergebant ad arbores quer

Sanctus Thomas.

cū̄:⁊ comedebāt glādes ⁊ ſic loqꝰ phia in lra. ℭ No. de hoc ꝙ dicit ſtridēs cāpus dl. Hug. ꝙ ſtrideo des. vel ſtrido dis. ē fortiter ſonare vel dētes ꝯcutere vel frendere. ℭ Signat tpa proprijs. Hic ondit phia tpa nō permiſceri que deꝰ diſtinxit dicēs. Deꝰ ſignat. i. ornat tpa aptās ea ꝑprijs officijs nec ipe deus patiſ miſceri vices. i. alternationes tēpoꝝ ita ꝙ tps vni officio deputatū cōueniat alteri quas vices tempoꝝ ipſe coercuit. i. conſtrinxit:⁊ addit ſicut querens aliquo tpe nō debito fruſtraſ in querendo ſic illud qḋ deſerit certuꝫ ordinē precipiti. i. feſtina via illud non hꝫ letos exitus. i. ꝓſperū euentum: ſic a ſili:ſi phia relicto debito tēpore miniſtraſſet Boe. fortē medicinā nō fuiſſꝫ proſperata in medicādo ipꝫ. ℭ No. ꝙ ꝑ debitū ordinē res ꝯſeruantur in ſuo eſſe ⁊ in ſui natura ⁊ quod deficit ab ordine ēt deficit ab eſſe. vnde Boe. iiij. huius ſecunda ꝓſa. Eſt enī qḋ retinet ordinē ſuatqꝫ naturā qḋ vero ab hoc deſecit eē quod in ſui natura ſitū eſt dereliquit ꝓpter quod debitꝰ ordo in oībus eſt obſeruādus. vnde poeta. Et ordo ſumma limes ſapientis in arte. Ergo dicit phia: quod precipiti via. ℭ No. omnia agēs in agēdo dꝫ preſtituere ſibi bonum finēꝫ qꝛ ratione boni finis agens mereſ ⁊ rōne mali finis demeretur. vnde poeta. Non datur exēplo bona poſt primordia merces. Cōgrua ſꝫ rectꝰ premia finis habet. Cuꝫ igiſ inordinatio impediat bonitatē finis: ideo vitāda ē.

ℭ Aſcenſius.

Tum phebi radijs ⁊c. Oda hec eſt monocolos gliconica dactilica. monocolos ꝗa omnes verſus vnius metri ſunt Conſtant enim ſpondeo ⁊ duobus dactilis ſed quia vltima ſyllaba communis eſt ⁊ ſepe longa recipit in fine amphimacruꝫ qui breuem inter duas longas hꝫ. Eſt gliconica ab inuētore dactilica a pede predominante. Probat philoſophia nil recte fieri ſi intempeſtiue fiat quo circa probatum dereliquit quod ſupra dixit nondum tps eſſe curādi Boe. firmioribꝰ medicamētis. Oia fere nota.

Sulcus. Sulcus vñ verbū ſulco cas. care. eſt illa aptura ꝙ̄ vomer facit in terra: aut nauis roſtro ſuo in aqua: aut ſimile in ſili. Terra aūt que vomiſ

Porca. ſeu porrigiſ dr porca. Notū eſt ēt infantulis ſulcis, nō fulcis ſcribēdū eſſe i hoc textu licet multi errāt.

Chaonia. Eluſus cereris fide. i. quem habuit cereri. Ceres enim cum homines antea glādibus veſcerenſ colende terre modū inuenit ⁊ frumentū. vñ in principio georgi. Liber ⁊ alma ceres vro ſi munere tellus. Chaoniā pingui glandem mutauit ariſta. ꝙ̄uis triptolemꝰ aratrū apud quoſdā inueniſſe diciſ. Quia ergo iterū cogaſ redire ad glādes videſ deceptus fide quā habuit cereri frugē ſpondenti poſt ſtationē. Quernas arbores. Quedā adiectiua apud poetas pro neceſſitate quedā pro ꝯtētu formanſ: vt a corulo colurnꝰ: a quercu quernꝰ: a ficu ficulnꝰ. Purpureū nemus periphraſis eſt agri floridi ſeu herbarum floriferarū.

ℭ Proſa ſexta primi libri.

Rimum igitur patieris ne me pauculis rogationibus ſtatuꝫ tue mentis attingere atqꝫ tentare: vt quis modus ſit tue curationis itelligaꝫ. Boe. Tu vero arbitratu inqꝫ tuo que voles vt reſponſuruꝫ rogato. Philoſo. Tum illa. Hunccine iquit mundum temerarijs agi fortuitiſqꝫ caſibus putas: An nullum credis ei ineſſe regimen rationis: Boetius. Atq inqꝫ nullo exiſtimaueriꝫ modo vt fortuita temeritate tam certam moueantur. Uerum operi ſuo conditorē preſidere deum ſcio: nec vnqꝫ fuerit dies: qui me ab hac ſententie veritate depellat. Phi. Ita eſt inquit. Nam id etiam pauloante cecinisti: homineſqꝫ tantum diuine exortes cure eſſe deploraſti. Nam de ceteris qui in ratione regerentur nihil mouebare. Pape autem vehementer ammiror: cur in tam ſalubri ſententia locatus egrotes. Uerum altius perſcrutemur neſcio quid abeſſe coniecto. Sed dic mihi quoniam a deo mundum regi non ambigis: quibus etiam gubernaculis regatur aduertis: Boe. Uix inqꝫ ro

Rimū igitur patieris. Hec eſt ſexta ⁊ vltima proſa huius primi in qua philoſophia inquirit cauſam radicalem infirmitatis Boe. ex quibuſdaꝫ interrogationibus. ⁊ primo philoſophia captat beniuolentiam Boe. Secundo ponit ſuas interrogationes ibi. Tum illa. Dicit primo anteꝙ̄ adhibeam tibi remedia: ne pro nunquid patieris. i. admittis me philoſophiam in primū pauculis rationibus idest interrogationibus attingere per cognitionē atqꝫ tentare idest rimari ſtatum idest diſpoſitionem tue mentis: vt intelligam. i. cognoſcam quis ſit modus curationis. i. ſanationis vero pro ſed ego Boet. inquaꝫ. i. dixi tu phia rogato. i. interrogato tuo arbitratu. i. ſm tuam voluntatem que voles vt pro ſicut reſponſurum. i. volentē reſpondere. ℭ Nota ꝙ phia more boni medici non ſoluꝫ ſcrutaſ cauſas doloris per ſigna extrinſeca ſicut medici per vrinaꝫ ⁊ pulſum: qꝛ hec ſigna quinqꝫ fallūt ſed etiam ſcrutatur cauſas doloris Boe. per reſponſionē ad queſtiones ⁊ primo captat eius beniuolentiā reddendo ipſuꝫ attentū. per hoc ꝙ dicit pauculis rogationibus. Nota ꝙ infirmi hñt naturalē impotentiā nihil patiendi: ergo ex facili ꝯturbanſ nō ſolū per multas interrogationēs; ſed ex vna ſo

la. Volens ergo phia mouere paucas qõnes Boe. Primo captat eius beniuolentiã ❡ Tum illa hic phia ponit interrogationes. Scðo cãs totius infirmitatis ex rñſionibus Boe. recolligit. Tertio oñdit ipm curabilẽ eẽ dando modũ ꝓcedẽdi circa curationẽ eius. Scða ibi quare pleniſſime vel egritudinis tue rõnem ⁊c. Tertia ibi. Sed ſoſpitatis auctori. Primo phia querit de mundi gubernatione. Secundo de circunſtantijs gubernationis: ibi Sed dic mihi. Adhuc diuiditur: qꝛ primo phia querit. Scðo Boe. reſpondet. Tertio phia ei rñſionẽ approbat dicens. Ergo o Boe. putas

gationis tue ſententiam noſco: nedũ ad inquiſita reſpondere nequeam. Phi. Non inquit fefellit abeſſe aliquid ꝑ quod velut hiante valli robore in animum tuũ ꝑturbationũ morbꝰ irrepſerit. ❡ Sed dic mihi meminiſti ne quis ſit rerum finis? quoue totius nature tendat intentio? Boet. Audieram inquam: ſed memoriam meroꝛ hebetauit. Phil. Atq ſcis vnde cuncta proceſſerint? Boeti. Noui inq̃: deumq̃ eſſe reſpondi. Philoſ. Et qui fieri poteſt: vt principio cognito quis ſit rerũ finis ignores. Verum hi perturbationẽ mores vt ea valentia eſt vt mouere quidẽ loco hominem poſſint: euellere autem ſibiq̃ totum extirpare nõ poſſunt. ❡ Sed hoc quoq̃

hũc mundum agi. i. regi temerarijs: qꝫ pro ⁊ fortuitis caſibꝰ. i. euentibus an. i. nunqd tu credis nullũ regimẽ rationis. i. prudentie diuine ineſſe ei mundo. Ego Boe. inq̃. i. dixi. Atqui. i. certe nõ eſtimauerim ideſt putauerim vllo mõ: vt tam certa entia moueantur. i. regant̃ fortuita temeritate. i. improuiſa ſꝫ ſcio deum cõditorẽ creatorem preſidere ſuo opi. i. creationi. nec dies fuerit inq̃. ideſt in aliquo tpe qui dies depellat. ideſt remoueat me Boet. ab hac veritate ſententie iã dicte. Tũc phia approbãs eius reſpõſionẽ dicit. Phia inquit. i. dicit ita eſt nam tu cecinisti. i. dixiſti. etiam illud pauloãte. ideſt in quinto metro huius primi: qꝫ pro ⁊ tu deplorasti. i. plãxiſti tm̃. i. tãtumõ ipſos hoies eſſe exortes. i. carẽtes vł nõ participes diuine cure. i. diuine ꝓuidentie: namq̃ ꝑ ⁊: tu nihil mouebare. i. dubitaſti de ceteris ſupple creaturis quin regerẽtur rõne ſup. ꝓuidentia diuina: aũt pro ſed: pape eſt interiectio ammirãtis: ego ammiroꝛ vehementer ꝙ tu locatus. i. poſitus in tã ſalubꝛi ſnia egrotes. i. langueas vtrum ꝓ ſed nos perſcrutemur altius. i. profundiꝰ. ego neſcio quid ſup. ſit illud quod ego cõiecto. i. opinoꝛ abeſſe tibi quid ideſt aliqd. ❡ No. ꝙ infirmitas Boetij prim fuit ex inoꝛdinata affectione inquantũ eñi Boe. doluit de tpalium rerũ amiſſione ⁊ partim fuit ex falſa eſtimatione q̃tũ ad duo Eſtimabat enim malos homines eſſe felices ⁊ potentes. Scðo exiſtimabat hoies nõ regi a diuina ꝓuidẽtia: ergo phia inquirit cãm radicalẽ propter quẽ Boe. incidit in iſtas incõmoditates. Jt qꝛ radix totius moꝛbi fuit ignoꝛantia diuine gubernationis quãtum ad hoies: iõ primo querit de mundi gubernatione. ❡ No. ꝙ Boe. innuit duas rõnes ꝙ mundus regatur a deo. Primã ibi. Tã certa que talis eſt. Ea que ſunt certa ⁊ determinata non reguntur a caſu ⁊ foꝛtuna. cũ regimẽ taliũ ſit incertũ: Sed entia huiꝰ mũdi ſunt certa: qꝛ a certis cauſis ꝓducta. Secũdã rõnẽ innuit ibi. Verũ operi ſuo que talis ẽ. cauſatũ regit̃ a ſua cã. ſꝫ deus eſt cã mundi cũ ab ipſo dependeat celũ ⁊ tota natura. ergo ⁊c. ❡ Nota ꝙ phia rationabiliter mirat̃ ꝙ Boe. credens mundum regi a deo putabat homines nõ regi ab ipſo: qꝛ poſſet phia ſic arguere. Deus regit mundũ ſcðm Boe. ſed homines ſunt principalis pars mũdi: ſicut prius dixiſti in metro. Opis tãti parſq̃ nõ vilis ergo homines reguntur a deo. Sed dic mihi qm̃ a deo mũdũ regi. Phia querit de circũſtantijs gubernationis mundi. ſcðo qꝛ res gubernate diriguntur in ſuũ finẽ: ideo ſecundo querit de fine rerũ. ⁊ qꝛ gubernatio dei ſm rei veritatem etiã eſt apud homĩes. ideo tertio querit de cognitione hoĩs. ſecunda ibi. Sed dic mihi. tertia ibi. Sed hoc quoq̃. Primo dicit. Sed o Boe. dic mihi phia qm̃ non ambigis. i. non dubitas mundum regi. ideſt gubernari a deo: etiã nunquid aduertis. i. cognoſcis quibus gubernaculis mũdus regatur. Ego Boe. inquã. i. dixi vix noſco ſententiã. i. intellectum tue rogationis nedum. ideſt adhuc nequeam. i. nõ puſſum reſpondere ad inquiſita. i. interrogata ſup. phia inquit. ideſt dicit non fefellit. ideſt. non decipit me ſupple phiam abeſſe. i. deficere tibi aliquid per quod velut hiante. i. patente: robore ideſt firmitate valli. i. munitionis moꝛbus perturbationum irrepſerit. i. ſubintrauerit in tuum animum. q. d. nunqd enim verũ fuerit quod predixit tibi aliquid abeſſe per quẽ defectũ doloꝛ intrauit te ſicut ꝑ aptũ oſtium. ❡ Nota ꝙ deus nõ regit mundum aliquibus gubernaculis extrinſecis: quia ſic non eſſet per ſe ſufficientiſſimus ſed regit ipſum ſua potentia que attribuitur patri ſua ſapientia que attribuitur filio ſua pietate ⁊ clementia que attribuitur ſpiritniſancto: ⁊ hoc patebit in ſcðo huius. ❡ Nota illud qð aliquis homo vix intelligit aliquo modo intelligit. licet cum difficultate. Ex hoc ergo Boe. dicit ſe vix intelligere interrogationem phie innuit ſe aliquo mõ intelligere tamẽ cum difficultate ꝓpter doloꝛẽ opprimentẽ rõnẽ ⁊ ideo rñdere non potuit ❡ No. qñ robur valli alicuius munitionis hyat propter aliq̃ rupturam in eo factã. tunc hoſtes ingrediunt̃ munitionẽ. ſic a ſimili qñ munitio rõnis qua animus munitur iſtanq̃ vallũ hyat ꝓpter defectũ alicuius cognitionis. tũc neceſſario ꝑturbationes affectuum ſubintrant animnm. Sed dic mihi meminiſti ne. Hic phia querit de cognitione finis rerũ dicẽs. Dic mihi ne. i. an meminiſti. i. recoꝛdaris quis ſit finis rerum ſup. olim ve pro vel quo. i. ad quẽ finẽ in quo totius Vix.

reſpondeas velim: hominem ne te eſſe meminiſti. Boe. Quid ni inquam meminerim. Philo. Quid igitur homo ſit poteris ne proferre? Boe. Hoccine interrogas: an eſſe me ſciam rationale animal atqʒ mortale. Scio: ⁊ id me eſſe confiteor. Phil. Et illa. Nil te aliud eſſe noviſti? Boe. Nil. Philo. Iam ſcio inquit morbi tui aliam vel maximam cauſaʒ quid ipſe ſis noſſe deſijſti. ❡ Quare pleniſſime vel egritudinis tue rationem: vel aditũ reconciliande ſoſpitatis inueni. Naʒ quoniaʒ tui obliuione confunderis: ⁊ exulem te expoliatumqʒ proprijs bonis eſſe doluiſti. Quoniam vero quis ſit rerũ finis ignoras: nequã homines atqʒ nepharios potentes feliceſqʒ arbitraris. Quoniam vero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es: has fortunaruʒ vices eſtimas ſine rectore fluitare: magne non ad morbũ modo verũ ad interitum

Cum polo phebus roſeis quadrigis. Iſtud eſt metrum tertium huius ſecundi. cuius primus verſus dicitur ſaphicus ad inuentore trochaicus a pede predominante. metrum autem ſecundi verſus dicitur glicoaicum ab inuẽtore choriambicum a pede predominante. In hoc ergo metro philoſophia declarat tribus exemplis mutabilitatem mundanorum. Primum exemplum eſt de corporibus celeſtibus tale. Sole lucente in celo obſcuratur lumen aliarum ſtellarum quo ad lumen. quod tamen prius apparebat tempore noctis: ſed ſole nobis lucente non apparet. vnde dicit in littera. Cum phebus. i. ſol ceperit. i. inceperit ſpargere id eſt emittere lucem roſeis quadrigis id eſt roſeo curru ſtella hebetata id eſt obſcurata flammis. i. luminibus ſolis preuenientibus ipſa pallet i. pallida fit ſm̃ albentes vultus. Secundum exemplum eſt in terrenaſcentibus tale. zephiro flante terra ornatur floribus: ſed auſtro flante flores deficiunt. Ecce mutatio in terrenaſcentibus. vnde dicitur in littera cũ id eſt quando nemus irrubuit vernis. i. vernalibus roſis flatum zephiri tepentis id eſt calentis ſi auſter nebuloſus ſpiret id eſt flare inceperit inſanum. i. inſane iam decus roſarum abeat ſpinis id eſt recedat de ſpinis. Tertium exemplum eſt de mari tale. Quando mare non agitatur ventis apparet tranquillum ſed ventis agitatum efficitur tempeſtuoſum. Ecce mutabilitas maris. Unde dicit in littera. Sepe mare radiat id eſt ſplendet tranquillo ſereno id eſt ſerena tranquillitate immotis. i. non motis fluctibus ſepe aquilo. i. ventus ille concitat. i. prouocat feruentes procellas id eſt tempeſtates verſo equore. i. moto mari. Tunc hortatur philoſophia ne credamus bonis fortune dicit. Si mundo conſtat. i. permanet ſua forma rara: vt ex dictis patet: ⁊ ſi mundus variat tantas vices id eſt alternationes: tunc crede caducis. i. tranſitorijs fortunis hominum. i. noli credere: ⁊ loquitur hyronice. debet enim intelligi per contrarium: crede. i. noli credere bonis fugacibus qualia ſunt bona fortune. quod patet ex hoc: quia conſtat id eſt manifeſtum eſt. ⁊ eſt poſitum. i. ſtabilitũ eterna lege id eſt diuina lege: vt nihil genitum conſtat. i. immutabiliter permaneat. ¶ Nota ꝙ poete attribuunt ſoli quadrigam que dicitur a numero quattuor equorum. Poete autem fingunt currum ſolis trahi quattuor equis: propter quattuor diuerſitates ſolis. Nam cum ſol oritur eſt rubeus. hora tertia ſplendens: hora meridiei feruens: ſed hora veſpertina eſt tepens. Lune vero attribuunt bigam: propter duas proprietates lune. nam luna virtualiter eſt frigida ⁊ humida. ¶ Nota circa hoc quod dicit fortuitis bonis. Seneca dicit in lib. de conſolatione filij helye. Nunꝗ̃ ergo fortune credidi que cũ mecũ videretur pacem agere omnia quecunq; in me indulgentiſſime conferebat pecuniam: honores gratiam eo loco poſui. vnde poſſet ſine motu meo repetere interuallum magnum inter me ⁊ ipſam habui. itaq; nec illa abſtulit nec emiſit. Neminem aduerſa fortuna comminuit: niſi quem ſecunda decipit. Fortuna fortes metuit. ignauos exponit: opes auferre poteſt. animam autem ſurripere non poteſt. ¶ Nota ꝙ philoſophia bona fortune appellat caduca: quia dicit Sene. lxvij. epi. Omnia iſta in que caſus dominiũ exercet ſeruilia ſunt ſicut pecunia: honores imbecilla ſunt fluida mortalia ſunt ⁊ poſſeſſiones incerte. ¶ Nota dicit nullum genitum eſſe conſtans dicit. Seneca epiſtola preallegata ſed multo ante. Omnia mortalia minuuntur cadunt deteruntur creſcunt: decreſcunt: exhauriuntur implentur. Itaq; in illis in tam incerta ſorte inequalitas eſt: diuinorum autem vt natura eſt.

Quadrige ſolis.

Biga lune.

Aſcenſius.

Um polo phebus ⁊c. Carminis huius prim⁹ verſiculus eſt ſaphicus conſtans trocheo: ſpondeo: dactilo. trocheo: ⁊ iterum ſpondeo vel trocheo. Dicitur autem ſaphicus a muliere inuentrice que ſapho dicitur. Hendecaſſyllabus .i. vndecim ſyllabarum a numero ipſarum trochaicus a pede predominante. Secundus verſiculus eſt gliconicus ab inuentore. Dactilicus a pede predominante conſtat enim ſpondeo ⁊ duobus dactilis: ſed vltima ſyllaba communis eſt. Nihil autem hic dubitabile occurrit. Caſtigaui tantum mendoſa precipue in fine. Ubi Sene. male allegabatur. vbi etiam conſtat repperi pro conſtet. Nam primo loco legendum eſt conſtat. Sed ſecundo conſtet vel potius perſtet. In principio quoq̄ meminerit grammaticus quadrigas: bigas: trigas ⁊c. in ſingulari apud idoneos non reperiri. Nota.

Proſa quarta ſecundi libri.

Um ego vera inq̄ commemoras. O virtutum omnium nutrix nec inficiari poſſum proſperitatis mee velociſſimū curſum. ſed hoc eſt quod recolentem vehementius coquit. Nam in omni aduerſitate fortune infeliciſſimum genus infortunij eſt fuiſſe felicem. Phi. Sed quod tu inquit falſe opinionis ſuppliciū luis. id rebus iure imputare non poſſis. Nam ſi te hoc inane nomen fortuite felicitatis mouet q̄ plurimis maximiſq; abundes mecum reputes licet. Igitur ſi quid in omni fortune tue cenſu precioſiſſimū poſſidebas id tibi diuinit⁹ illeſū adhuc inuiolatūq; ſeruatur. Poteris ne meliora queq; retinēs de infor-

Um ego vera inq̄ ⁊c. Hec eſt quarta proſa hui⁹ ſecūdi in qua philoſophia probat Boe. nō eſſe conquerendum de fortuna ꝓpter preſentia bona que ipſe dereliquit. Et primo Boe. cōfitetur ſe fuiſſe felicē deplangens preſentē infelicitatē. Secūdo philoſophia oſtēdit ipſum eſſe felicē in preſenti ſtatu ibi. Sed quod. Dicit ergo Boe. o phia nutrix oīum virtutum inq̄ cōmemoras vera nec poſſū inficiari .i. negare velociſſimū curſum .i. recurſum mee proſperitatis. Sed hoc eſt quod coquit .i. anxiat vehementer me recolentem preteritam proſperitatem. nā i omni aduerſitate fortune infeliciſſimum genus infortunij eſt fuiſſe felicem ⁊ iam ſup. nō eſſe. Nō. q̄ philoſophia dicitur nutrix omniū virtutum: quia omnis virtus conſiſtit in medio mediū aūt non attingitur niſi recta ratione ſed recta ratio eſt ſapiētie ⁊ philoſophie. Item cū philoſophia diuidaꝛ in practicā ⁊ ſpeculatiuā ipſa includit prudentiā que eſt recta ratio agibiliū ex .vi. Ethi. prudētia aūt eſt colligata oībus virtutibus. ex eodē ſexto propterea phia dicitur nutrix oīum virtutū. Nō. q̄ recordatio preterite felicitatis coquit hominē. ideo dicit Sen. lxiij. epla. Illud agamus vt iocunda nobis fiat amiſſoꝝ recordatio. Hoc aūt ꝯtingit cum animus preparatus eſt ad amiſſionē eoꝝ. Nota q̄ duplex eſt infortuniū quoddā cōtinuū: aliud interpollatum ſiue diſcontinuum. Primū infortuniū eſt infelix. ſecundū infeliciſſimū. Infortuniū enim continuum ex conſuetudine minus nocet. quia dicit Seneca in lib. de tranquillitate animi. Tolerabilius eſt bona non acquirere q̄ acquiſita amittere. ideoq; letiores videbis quos fortuna nunq̄ reſpexit q̄ quos deſeruit. Item dicit in libro de conſolatione filij helie. Unum habet bonum aſſidua infelicitas q̄ illos indurat quos vexat. Infortuniū autem diſcontinuū eſt cum aliquis mutatur de aduerſitate in proſperitatē: ⁊ iterum de proſperitate in aduerſitatem. ⁊ tale eſt infeliciſſimum genus quia ſepe deijcit hominē in deſperatione. vñ Sal. al's pauper henricus. O bona proſperitas vbi nūc es: nunc mea verſa eſt. In luctum cythara fit lachrymoſa lyra. O mala dulcedo ſubito que ſumpta veneni. Que bona cōpenſas melle a felle graui. Sed q̄d tu inquit. Hic philoſophia oſtēdit Boe. in preſenti eſſe felicē propter multa bona que adhuc poſſidet. Secundo probat felicitatē fortuitā nulli poſſe totaliter euenire. Tertio probat veram felicitatē in bonis fortuitis non conſiſtere. ſecunda ibi. Quis eſt enim. tertia ibi Atq; vt cognoſcas. Primo ponit phia q̄ non debet querulari Boe. de infortunio cū abūdet adhuc pluribus bonis: ⁊ illa bona phia enumerat. ſecūdo ipſa conſolabatur eum ibi. cum igitur. Dicit primo ſic o Boe. tu luis .i. pateris ſuppliciū falſe opinionis .i. illud non poteſt iure imputari rebus. nam ſi mouet te inane nomen fortuite felicitatis licet .i. licitū eſt vt tu putes .i. cōputes mecū q̄ plurimis: q̄ pro q̄ maximis bonis abundes ſi igitur illud bonū tibi ſeruaꝛ diuinitus illeſum q̄ pro ⁊ inuiolatū q̄d tu poſſidebas precioſiſſimū in omni cenſu .i. theſauro tue fortune poteris ne retinens queq̄ meliora iure cauſari. ideſt cōqueri infortunio. q. d. non tunc enumerat bona eius: aut qui pro certe illud precioſiſſimū decus humane generis .i. ſymach⁹ ſocer tuus iſte viget .i. floret icolumis .i. ſan⁹ q̄d inq̄ decus nō ſegnis .i. nō tardus emeres precio vite. q. d. tm̄ diligis eū q̄ vitā tuā pro eo exponeres. Symach⁹ vir tot⁹ fact⁹ ex ſapiētia ⁊ virtutib⁹ ille ſecur⁹ ſuarū ſup. iniuriaꝝ ingemeſcit de tuis iniurijs: viuit vxor tua modeſta ingenio: precellēs pudore pudicitie: ⁊ vt includā breuiter oēs dotes .i. virtutes eius ipſa eſt ſimilis pr̄i ſuo. ſcȝ Symacho: ⁊ ipſa exis eroſa .i. tedioſa hui⁹ vite: tm̄ tibi ſeruat ſpm̄ .i. ipſa tm̄ viuit ꝓpter te eqno .i. i quo vno ego cōceſſerim tuā felicitatē minui ſup. q̄ vxor tua tabeſcit .i. triſtatur lachrymis ⁊ dolore de-

Sanctus Thomas.

Phia.

Infortuniū.

ſiderio tui qd dicā liberos ſup. tuos cōſulares quorū ſpecimē. i. ſimilitudo ingenij paterni. i. tui vel aui ti. i. aui ipſorum. ſcꝫ Symachi q fuit auus ipſoꝝ ex parte mřis elucet vt in id etatis pueri. q. d. liberi tui ſunt ſimiles patri ⁊ auo ipſoꝝ in prudētia inq̄tū etas pmittit. ¶ Notandū ſicut inferius ꝓbabiť ꝙ in reb⁹ fortuitis nō pōt cōſiſtere vera felicitas: ideo illi q adoptiōe taliū rerum felices ſe exiſtimabāt: ⁊ ex amiſſiōe carū infelices falſa opiniōe decipiebanť: ⁊ lꝫ in opiniōe coꝝ ſic eſſet nō tň erat in re. Jō di. pħia ad Boe. Q. d. tu falſe opiniōis ſuppliciū luis id rebus īputare non potes. ¶ Nota ſuppliciū falſe opinionis eſt in re. vñ Sen. xvij. epła. Multis paraſſe diuitias nō fuit finis miſeriarū ſꝫ mutatio diuitiaruꝫ nec ego miror non eñi in reb⁹ eſt vitiū. ſꝫ in aīo ſepius eñi opiniōe q̄ꝫ re laboramus ergo īfortuitū Boe. nō erat īputandū rebus qꝛ nō erat ſꝫ īputandū ſuit falſe opiniōi. ¶ Nota ꝙ pħia oñdit pñtē felicitatē in tribus ꝯſiſtere. ſ. ī amicis: ī vxore pudica ⁊ filioꝝ ſuoꝝ prudētia. Primo eñi ad felicitatē reqrūtur amici. Nā amic⁹ eſt p̄cioſiſſimū genus diuitiarū ex octaua ꝓſa hui⁹ ſcđi. ⁊ Ari. ix. Et hic. Nemo eligit viuere ſine amicis habēs reliqua bona ⁊ ſm Tul. in li. de amicitia. Qui amicitiā tollit de mūdo ſolē tollere videtur: ⁊ Sen. in de remedijs fortuitoꝝ. Nihil eſt peius q̄ꝫ amicos nō habere: ſi amicū pdidiſti aliū q̄re: ⁊ ibi eū queras vbi iuenias: ⁊ quere inter artes liberales īter recta ⁊ honeſta officia quere ī laboribus ad metum iſta res nō queriť. Scđo requiriť ad felicitatē politicā vxor pudica que vera eſt. vñ Sen. in de remedijs fortuitorū Multe inter ꝓbas mřimonialis ordinis ceperūt eſſe exēpla meretriculartū q̄ꝫ multas ex cōiugibus optimis peſſimas videamus ex diligētiſſimis diſſolutiſſimas: ex liberaliſſimis rapaciſſimas: etiam ſi bonaꝫ vxorem habuiſti nō potes affirmare eā eē pmanſurā in illo ꝓpoſito nihil taꝫ mobile nihil tā vagū q̄ꝫ feminarū volūtas. Tertio reqritur ad felicitatē politicā proles: qꝛ ſm Ariſt. primo Ethi. Non omnino felix eſt qui ſpecie turpis eſt: aut ſolitarius aut ꝓle carēs. ¶ No. ſm Hug. ſpecimē eſt pulchritudo vel ſimilitudo vel ſignuꝫ vel ymago vel noticia vel experimentū vel donum operis documentuꝫ: ſed in propoſito accipitur pro ſimilitudine. Jtem ſecundum eundem auitus ta. tum. ab auo habitus vel poſſeſſus vel ad ipſum ptinens: ⁊ ponitur quandoqꝫ pro antiquo. Cum igiť precipua. Hic pħia ex dictis conſolabatur Boe. di. Ex quo hominibus eſt p̄cipua cura. i. maxima cura retinēde vite. i. ſaluāde vite ſit mortalibus. o te felicem ſi te cognoſcas tua bona cui etiam nūc ſuppetunt. i. abundant talia bona que nemo dubitat eſſe chariora ipſa vita quare iam ſicca lachrymas ⁊ noli flere nondū enim oīs fortuna eſt tibi exoſa. i. aduerſa ad vnū i. omnino: nec tibi incubuit. i. inſtetit tēpeſtas. ſ. aduerſitas nimiū valida: qm̄ tenaces anchore. i. amici inſeparabiles herent. i. firmiter manēt: q. ſ. anchore non patiunť tibi abeſſe ſolamen. pñtis tpis: nec ſpē futuri tpis: ⁊ dicit Boe. precor vt hereant. i. maneant ille anchore: qꝛ ipſis manentibus: vt cūqꝫ. i. qualitercunqꝫ res ſe habeant nos enatabimus euadendo aduerſitatē fortune ſed o pħia tu vides q̄ꝫtum decus noſtri ornamenti. i. bonorum exteriorū quibus ornabamur deceſſerit ſubiūgit pħia. Nos ꝓmouimus aliquantulum animū tuum ad conſolationē ſi nondū piget te totius: tue fortis: qꝛ maior pars ſalua tibi manet ſed non poſſum ferre tuas delitias q tam luctuoſus. i. plenus luctu atqꝫ anxius conquerariſ aliquid abeſſe tue beatitudini. i. felicitati. ¶ Nota ꝙ ſicut mors eſt omnium amariſſima quia omnia abſcindit omnia deuorat. Et quia aliqui iudicant ſe non timere mortem ⁊ tň ſm Sen. in de remedijs for

Amicus.

Uxor.
Proles.

tunio iure cauſari. Atqui viget incolumis illud precioſiſſimū humani generis decus. Simachus ſocer: ⁊ quod vite precio nō ſegnis emeres vir totus e ſapiētie ⁊ virtutibus factus ſuaꝝ ſecurus de tuis īgemeſcit iniurijs. Viuit vxor īgenio modeſta pudicitie pudore precellēs. ⁊ vt oēs dotes eius breuiter includaꝫ patri ſimilis. Viuit īquaꝫ: vite tantū: vite huius exoſa: ſpiritū ſeruat. Quo vno felicitatē minui tuaꝫ vel ego ipſa ꝯceſſerim tui deſiderio lachrymis ac dolore tabeſcit. Quid dicaꝫ liberos cōſulares quoꝝ iaꝫ vt in id etatis pueris vel paterni vel auiti ſpecimē elucet ingenij. ¶ Cum ſic igitur precipua in mortalibus vite cura retinende. O te ſi tua bona cognoſcas felicē, cui ſuppetūt etiam nūc q̄ vita nemo dubitat eſſe cariora: quare ſicca iaꝫ lachrymas, nōdū ē ad vnū te oīs exoſa fortūa. Nec tibi nimiuꝫ valida tēpeſtas icubuit. quoniaꝫ tenaces herēt anchore: q̄ nec preſentis ſolamē nec futuri ſpē tēporis abeſſe patiuntur. Boe. Et hereant inq̄ꝫ precor: illis nāqꝫ manētibus: vt cūqꝫ ſe res habeāt hūanc enatabimus ſed q̄ꝫtuꝫ decus ornamētis noſtris deceſſerit vides. Phi. Et illa promouimus inquit aliquantulum: ſi te nonduꝫ totius tue ſortis piget. Sꝫ delitias tuas ferre nō poſſuꝫ q abeſſe aliqd tue beatitudini tam luctuoſus

nitorū ſic vita eſt oīu3 dulciſſima. Oia enī appetūt eſſe ⁊ viuere ideo vnūquodq3 naturaliter nititur ad ſaluandū vitā qua nihil eſt carius ſi ergo Boe. poſſedit bona que cariora ſunt vita nō debuit ſe eſtimare miſerū: ſed magis felicē. ¶ No. ꝙ pħia amicos appellat anchoras: ſicut enī tēpeſtate incūbante per anchorā nauis retinet: ⁊ a periclitatiōe ſaluat ſic imminēte aduerſitate fortune hō fidelibus amicis ne ſuccūbat īfortunio ſubleuat fideles enī amici retinēt hoīe3 impetu fortune agitatū: ne totaliter deijciat a ſua ſtabilitate. ¶ No. ſ3 Aug. ſuppetere eſt ſubminiſtrare vel ſubpabundare ſ3 pigere eſt pigrū eſſe vel penitere vel grauare vel offendere.

atq3 anxius cōquereris. ¶ Quis eſt eni3 ta3 compoſite felicitatis vt non aliqua ex parte cū ſtatus ſui qualitate rixaretur. anxia enim res eſt humanorū cōditio bonoꝝ. ⁊ q̄ vel nunq3 tota proueniat vel nunq3 ꝑpetua ſubſiſtat. huic cēſus exuberat: ſ3 eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notū facit: ſ3 anguſtia rei familiari īcluſus mallet eſſe ignotus. Ille vtroq3 circūfluus vitam celibē deflet. ille nuptijs felix orbus liberis alieno cēſu3 nutrit heredi. Alius prole letatus filij filie ve delictis meſtus illachrimat. Iccirco nemo facile cū fortune ſue conditione concordat. Ineſt eni3 ſingulis quod inexpertus ignoret expertus exhorreat. ¶ Adde ꝙ feliciſſimi cuiuſq3 delicatiſſimus ſenſus eſt: et niſi ad nutum cuncta ſuppetant omnis aduerſitatis inſolens minimis quibuſq3 proſternitur: adeo perexigua ſunt que fortunatiſſimis ſumma3 beatitudinis detrahunt. Quam multos eſſe cōiectas qui ſeſe celo proximos arbitrantur ſi de fortune tue reliquijs pars eis minima contingat. Hic ipſe locus quē tu exiliu3 vocas īcolētibus patria eſt. Adeo nihil eſt miſerum niſi cū tu putes. Cōtraq3 beata ſors eſt omnis equanimitate tolerantis. Quis ē ille

¶ Quis eſt enī ta3 compoſite felicitatis. Hic pħia ꝓbat felicitatē nulli poſſe totaliter euenire. Scđo oñdit ꝙ qñ aliqs eſt facilior tāto leuior aduerſitate ꝓſternit. Tertio cōcludit ex his felicitatē fortuitā amarā eſſe ⁊ miſerā. Quarto inuehit ꝯtra hoīes ſcđa ibi. Adde ꝙ feliciſſimi. tertia ibi q3 multis. q̄rta ibi. Quid igit o mortales prio dic. Quis eſt hō tā cōpoſite felicitatis. i. tā coploſe felix. vt nō rixaretur. i. diſcordaret ex aliqua parte cu3 qualitate. i. cū diſpoſitiōe ſui ſtat⁹. i. ſue fortune. q. d. nullus eſt ita felix q2 cōditio. i. ſtat⁹ humanoꝝ bonoꝝ eſt anxia res. i. miſera res q̄ nūq3 hoī tota ꝓueniat vel nūq3 ꝑpetua tota ſubſiſtat. Tūc declarat ꝙ non tota ꝓueniat homini q2 huic. i. alicui homini exuberat ſenſus. i. abūdat pecunia. ſ3 aliud ſibi deficit q2 degener ſanguis. i. ignobilitas eſt ſibi pudori hūc id eſt aliū hoīem nobilitas facit notū: ſed ipſe incluſus anguſtia rei familiaris. i. paupertatis mallet. i. magis vellet eē ignot⁹: ille. i. alter hō circūfluus. i. circūdatus vtroq3. i. tā diuitijs q3 nobilitate ipſe deflet celibē vitā. i. caſtā vitā: q2 nō pōt forſan ducere vxorē. Ille. i. alter felix nuptijs. ſ. habendo vxorem orb⁹. i. carēs liberis. i. pueris ipſe nutrit. i. cōgregat ſenſu3 alieno hřdi. Alius aūt letat⁹ ꝓle ipſe meſtus illachrymat. i. īgemeſcit delictis. i. ꝑ criminibus filij vel filie ſue. Iccirco nemo facile ꝯcordat cū ꝯditione ſue fortune. Ineſt enī ſingl'is ſup. hoīb⁹ aliqđ qđ ipſe inexptus ignoret vel exptus. ⁊ ipſum exhorreat. ⁊ ſic rixat cū qualitate ſui ſtatus. ¶ No. ꝙ nō ē hō tā felix qn inueniat aliquē cōditionē in ſe q3 vellet nō hře ꝑ qđ miſera ē cōditio humanorū bonorum: q2 nunq3 hoī tota ꝓuenit: q2 aliqs cōtēnere oīa pōt ſ3 oīa hře nemo pōt. ⁊ elicit vna rō ex lřa Illi ꝯditio humanoꝝ bonoꝝ non tota ꝓuenit cui ſuus ſtatus in aliquo diſplicet: ſed nullus inuenit tam felix cui ſtatus nō diſpliceat in aliquo ſicut declarat in lřa ergo ⁊c. ¶ Item ſanguis ſeruilis ꝯditionis dicitur degener: q2 hoīes naturalr liberi ſunt ſed ſeruitutē degenerant a natura. ¶ No. ꝙ vita caſta dicit vita celebs quaſi celeſtis. q2 in carnē viuere preter carnē eſt vita celeſtis ⁊ angelica. ¶ Not. ſecundum Hugui. illachrymari ē int⁹ lachrymari: vel cū dolore lachrymari ⁊ eſt deponētis gñis: ſ3 ſm antiquos inueniatur neutralis generis ⁊ ſic ponit Boe. hic in neutrali gñe meſtus illachrymat. Adde quod feliciſſimi cuiuſq3. Hic oñdit pħia. ꝙ homo magis felix leuiori aduerſitate perſternit cū hoc cōparando Boe. ad alios ⁊ dicit. Adde predictis ꝙ ſenſus cuiuſlibet hoīs feliciſſimi. i. fortunatiſſimi eſt delicatiſſim⁹. i. impatiētiſſim⁹: niſi ad nutū ſuū cuncta ſuppetāt. i. abūdēt ipſe erit inſolēs. i. īpatiēs oīs aduerſitatis ⁊ ꝓſternit a ſua felicitate qbuſq3 minimis aduerſitatibus: adeo per exigua ſunt. i. valde exigua q fortunatiſſimis detrahūt. i. auferūt ſummā. i. ꝑfectionē beatitudinis. O Boe. q3 multos eſſe ꝯiectas. i. opinaris que ſeſe arbitrent ꝓximos eſſe celo. i. deo ſi eis ꝯtingat minima pars de reliquijs. i. de pauculis reliquijs tue fortune. Hic locus q3 tu vocas exiliū eſt patria incolentibus. i. habitantibus ⁊ ita eorum iudicio ſpeciat ad felicitatem vniuerſaliter. ergo de rebus fortuitis concludit. Adeo nihil eſt miſerum niſi cū tu putes. i. niſi reputatione animi tui exiſtimes q3 ꝑ ⁊ cōtra. i. per contrarium omnis ſors eſt bea

ta equanimitate.i.patientia animi tolerantis:quis eſt ille tā felix que cū dederit manus impatiētie.i. cū fuerit factus impatiens qn ipſe nō optet mutare ſtatū ſuū.q.d.nullus eſt tā felix. ¶ No.ꝙ forſan aliqs diceret nulli homini placet ſtatus ſuus ſi deeſt ſibi magnū fortuitū ⁊ defectus modici boni nō impedit cōplacētiā ſtatꝰ qn homo totaliter ſit felix hoc excludit pħia dicēs. Quāto aliquis eſt felicior tanto eſt delicatior ⁊ quāto delicator tāto magis grauaſ ex defectu modici boni ⁊ ſic feliciſſimis detrahit cōplemētū beatitudinis. ¶ Notandūʒ ꝙ vna ⁊ eadē res eſt quā vnus iudicat ſpectare ad miſeriam alius iudicat ſpectare ad felicitatem: ergo dicit pħia. Locus quē tu exiliū vocas incolētibus eſt patria. ¶ Notandū eſt q̄ꝫ tūcunqꝫ homo ſit abundās rebus fortuitis ſi aliqd diſplicet ſibi in ſtatu ſuo ipſe optat ſtatū ſuū mutari cōmendādo ſtatū alterius: vnde miles emeritus laudat ſtatū mercatoris ecōtra mercator expertus pericula marina laudat militiā. Similiter legiſperiti laudant agricolas ⁊ agricole vrbanos. Simile exēplū patet in Boe. de ſcho.diſcipu.de filio inconſtantie qui habens diſplicēt iam vnius ſtatꝰ ſemp aliū ⁊ aliuʒ aſſumpſit. ¶ Not. ꝙ dicit nihil eſt miſerū niſi cū putes vnde dicit Sene.ix.epiſtola. Miſer eſt q ſe beatū nō iudicat. licet mūdo imperet nō eſt beatus qui ſe beatum nō eſſe putat. ¶ Quā multis amaritudinibus. Hic philoſophia oſtēdit fortuitā felicitatē eſſe amarā ⁊ miſerā dicēs. Quā multis amaritudinibus dulcedo humane felicitatis eſt reſperſa.i.permixta:que etiā ſi videatur iocūda homini frueti: tñ nō pōt retineri quominꝰ prout homo habeat eā cū velit.ideſt non pōt retineri ad volūtatē hoīs ⁊ liquet.i.manifeſtū eſt q̄ꝫ miſeria ſit beatitudo rerū mortaliū que nec ꝑpetua perdurat apud equanimos.i. apud cōſtantes vel patiētes:nec ipſa tota.i.ſimul delectat anxios.i.miſeros. No.ꝙ felicitas ⁊ dulcedo humana nō eſt ſine amaritudine:ꝙ dicit beatus. Bernā. Nunq̄ꝫ in honore ſine labore nunq̄ꝫ in ꝑlatione ſine tribulatiōe:⁊ nunq̄ꝫ in ſublimitate ſine vanitate qs eſſe pōt. Itē Alanus in anticlaudiano dicit. Sed nihil inuenio qđ in omni tpe beate viuat:quin multas nobis deferre querelas poſſit:ſi noſtrā velit accuſare mineruā. Quid igiť o mortales. Hic pħia inuehitur cōtra homines ⁊ dicit ſic. O mortales quare petitis i.queritis extra.i.in rebꝰ exterioribus felicitatē poſitā intra vos error ⁊ inſcitia.i. ignorātia confundit vos:oſtēdā tibi breuiter cardinē.i.radicē ſumme felicitatis. Eſt ne aliqđ tibi ꝑcioſius te ipſo nihil inqes. Si igitur fueris cōpos tui per trāquillitatē at tu poſſidebis qđ nunq̄ꝫ amittere velis.ſ. delectationē in operatione ꝑfecte virtutis nec fortuna poterit tibi auferre. ¶ Nota ꝙ duplex eſt beatitudo perfecta ⁊ imꝑfecta. Perfecta beatitudo habere poſt hāc vitā:⁊ eſt vita eterna de qua loquiť beatus Iob.di. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te ſolū verū deum ⁊ quem miſiſti Ieſum xp̄m. Alia eſt beatitudo imꝑfecta que poteſt eſſe in preſenti vita quā pħi poſuerūt ꝯſiſtere in operatione optime virtutis.vnde radix talis eſt trāquillitas animi ex moderatiōe:⁊ ſedatiōe paſſionū per habitū virtutis. per talē autē tranquillitatē homo efficiť ſui cōpos vt nō ſubiciaſ paſſionibus. Iſta autē tranquillitas non eſt querēda in rebꝰ exterioribus ſed ſolū habet eſſe in aīo hoīs.de qua beatitudine ⁊ trāquillitate hic loquitur pħia di. Quid igitur o mortales ⁊c. Sen̄.loquēs de eadē felicitate.ix. ep̄ſa di. Summū bonū extrinſecus inſtrumēta non querit domi colitur ex ſe totū eſt:incipit eſſe fortune ſubiectū ſi quā partem ſibi foris querit. Item Sen̄.xiiij.epi.di. Felicitatis auiditas tuta eſt:que ſit aūt vnde proueniat queris ex bona cōſciētia ex honeſtis cōſilijs:ex rectis actionibus:ex cōtentu fortuitorū.et.xxxi.epi. dicit. Illud bonū eſt querendū qđ non fiat indies deterius.quid eſt hoc animus.ſed hic rectus bonus magnus quid aliud voces hūc animum q̄ꝫ deū in corpore humano hoſpitatū.⁊.xli.epiſt.di. Lauda bonum in homine qđ eripi non poteſt qđ eſt propriū hominis queris qđ ſit illud animus ⁊ ratio ꝑfecta:rōnale nāqꝫ animal eſt homo. ¶ Atqꝫ vt agnoſcas. Hic pħia probat verā felicitatē non poſſe cōſiſtere in rebus fortuitis tribus rationibus: ſecundā ponit ibi. Ad hec.tertiā ibi. Et quoniā prima ratio talis eſt. In illo non cōſiſtit felicitas hominis quod pōt auferri ab homine ſed bona fortuita ſunt hmōi ergo ⁊c. Maior eſt nota qꝛ ſummū bonū eſt propriū hoīs:bonū autē quod auferri pōt non eſt ſummū bonum.qꝛ illud qđ auferri non pōt melius eſt eo ꝙ auferri poteſt. Minor patet bona fortuita poſſunt auferri cum ſint mutabilia. vnde dicit in littera. Ut agnoſcas beatitudinem non poſſe conſtare in rebus fortuitis ſic collige per tales rationes.

tam felix q̄ cū dederit impatiētie manus ſtatū ſuū mutare nō optet. ¶ Quā multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo reſperſa eſt: quaſi etiam frueti eſſe iocūda videatur tamē quominus cuʒ velit abeat retineri non poſſit. Liquet igitur q̄ꝫ ſit mortalium rerum miſera beatitudo. que nec apud equanimos perpetua perdurat nec anxios tota delectat. ¶ Quid igitur o mortales extra petitis īra vos poſitam felicitatem error vos inſcitiaqꝫ cōfundit. Oſtendaʒ tibi breuiter ſumme cardineʒ felicitatis. Eſt ne aliquid tibi teipſo precioſius? nihil inquies. Igitur ſicut compos fueris poſſidebis quod nec tu amittere vnq̄ꝫ velis: nec fortuna poſſit auferre. ¶ Atqꝫ vt agnoſcas in his fortuitis rebus beatitudinē conſtare non poſſe: ſic collige. Si beatitudo eſt ſummū nature bonū ratione degētis nec

Miſerum.

Alanus

Beatitudo.

Si beatitudo eſt ſummum bonum nature degentis ratione ideſt nature rationalis nec illud eſt ſummum bonum quod vllo modo poteſt eripi ideſt auferri: q2 illud bonum quod nequeat ideſt non poteſt auferri hoc precellit: ideſt melius eſt ⁊ dignius eo quod poteſt auferri: ex quo manifeſtum eſt quod mutabilitas fortune non poſſit aſpirare. ideſt accedere ad beatitudinem accipiendam. ❡ No. ꝙ beatitudo eſt ſummum bonum. quia in. iij. huius ſecunda proſa dicitur ꝙ beatitudo eſt ſtatus perfectus aggregatione omnium bonorum: ⁊ beatitudo eſt ſummum bonum nature degentis. ideſt viuentis ratione: ideſt nature rationalis ſicut homis quia omnium genus viuit arte ⁊ ratione ex proemio methaphiſi. Nullū enim aliorum animaliuꝫ eſt felix. ⁊. x. Ethi. Bruta enim animantia nemo felicitabit primo Ethi. ⁊ talis beatitudo non conſiſtit in bonis exterioribus: ſed in actu ſapiētie: quia dicit in libr. Poli. Teſtis mihi eſt deus ꝙ in bonis exterioribus non conſiſtit ſummum bonum ⁊ idem in eiſdem. Nos ſumus felices vt dij. dij autem non ſunt felices bonis exterioribus: ergo nec homines. Not. licet in bonis exterioribus: fortuitis non conſiſtat felicitas formaliter ⁊ eſſentialiter tamen felicitas cōſiſtit in eis organice quia deſeruiūt ad felicitatem veram. ſine enim rebus exterioribus quarū fortuna domina eſt non contingit eē felicem ſup. organice ex lib. de bona fortuna ex. x. Ethic. Opus eſt exteriori ꝓſperitate omni enti. Natura eniꝫ per ſe non eſt ſufficiens ad ſpeculandum: ſed oportet cibum potum ⁊ reliquūꝫ famulatū preexiſtere. ❡ Ad hec queꝫ caduca iſta felicitas vehit: Hic philoſophia ponit ſecundam rationem que talis eſt. Ille qui felix eſt fortuita felicitate: aut ſit eam mutabilem eſſe aut neſcit ſi neſcit eſt ignorans ⁊ per conſequens eſt infelix: ſi ſcit eam mutabilem eſſe neceſſe eſt ꝙ timeat ne eam amittat cui autem ineſt continuus timor felix eſſe non poteſt.

illud eſt ſummū bonum, quod eripi vllo modo pōt quoniaꝫ precellit id, quod nequeat auferri manifeſtum eſt ꝙ ad beatitudinē ꝑcipiēdaꝫ fortune inſtabilitas aſpirare non poſſit. ❡ Ad hec quē caduca iſta felicitas vehit: vel ſcit eaꝫ vel neſcit eē mutabilē. ſi neſcit quenā beata ſors eſſe pōt ignorantie cecitatis? Si ſcit metuat neceſſe eſt ne amittat qđ admitti poſſe nō dubitat: quare cōtinuus timor non ſinit eſſe felicē: an vel ſi amiſerit negligenduꝫ putat. Sic quoqꝫ perexile bonū eſt qđ equo animo feratur amiſſuꝫ. Et quoniaꝫ tu idē es cui ꝑſuaſuꝫ eſſe atqꝫ inſitū per multis demōſtratiōibus ſcio mētes hoīum nullo mō eſſe mortales. Cūqꝫ clarū ſit fortuitam felicitatē corporis morte finiri dubitari neqt ſi hec afferre beatitudinē pōt quin omne mortalium genus in miſeriam mortis fine labatur. Qđ ſi multos ſcimus non morte ſolum verumetiam doloribus ſupplicijſqꝫ beatitudinis fructuꝫ queſiſſe quonammodo preſens vita facere beatos poteſt: que miſeros tranſacta non efficit?

Unde dicit in littera ſic. Ad hec ſcilicet predicta addam aliam rationem homo quem vehit ideſt ducit iſta caduca ideſt fortuita felicitas. vel ſcit eam eſſe mutabilem vel neſcit quenam ſors beata ideſt felicitas beata poteſt eſſe cecitati ignorantie quaſi. d. nulla ſi ſcit eam eſſe mutabilem neceſſe eſt vt metuat ne admittat illud quod non dubitat poſſe amitti: quare continuus timor non ſinat ipſum eſſe felicem. Et forſan diceres homo non timet amiſſionem fortune. quia non curat vtruꝫ eam amittat vel nō. hoc excludens philoſophia dicit. Si amiſerit bonum fortuitum ⁊ putat illud negligendum ideſt non curandum tunc illud bonum erit valde exile quod amiſſum feratur equo animo: ideſt equali animo ſicut conſeruatum ⁊ per conſequens illud non eſt ſummum bonum. ❡ Nota ex tertio huius proſa nona. vera ⁊ perfecta felicitas facit hominem potentem reuerendum celebrem ⁊ letum: ergo vera felicitas excludit timorem ⁊ per conſequens continuus timor qui excludit leticiam non ſinit eſſe felicem. Unde Seneca nona epiſtola. Ille beatiſſimus eſt ⁊ ſecurus ſui poſſeſſor qui craſtinum diem ſine ſollicitudine expectat. ❡ Item nota ex quo felicitas conſiſtit in ſpeculatione dei ⁊ ſubſtantiarum ſeparatarum ipſa excludit cecitatem ignorantie: in qua ignorantia felicitas eſſe non poteſt. Et quoniam tu idem es. Hic philoſophia ponit tertiam rationem que talis eſt. Si beatitudo conſiſteret in rebus fortuitis cum bona fortuita finiuntur morte hominis ſequitur quod omnis homo morte fieret miſer. quod non eſt verum: quia multi per mortem conſequuti ſunt felicitatem ſicut martyres: ⁊ alij ſancti qui perpeſſi ſunt maxima tormenta vt conſequerentur beatitudinē in anima. Dicit ergo ſic in littera. Quoniam tu ideꝫ es ſupple homo cui ego ſcio eſſe perſuaſum per multis: ideſt valde multis demonſtrationibus mentes: ideſt animas hominum nullo modo eſſe mortales ⁊ cum ſit clarum ideſt manifeſtum fortuitam felicitatem finiri ideſt terminari morte corporum ſupple hominis nequit: ideſt non poteſt dubitari ſi hec fortuita felicitas pōt afferre, i. dare beatitudinē quin omne genus mortaliuꝫ, ideſt hominū labatur

in miſeriam in fine mortis: ſed ſi ſcimus multos .ſ. ſanctos queſiſſe fructum beatitudinis non morte
ſolum verumetiam doloribus ⁊ ſupplicijs quodammō.i.per quem modum.preſens vita ſup.bonis for
tuitis ornata poteſt facere beatos:que vita tranſacta.i.terminata non efficit miſeros.q.dicat nullo mo
do. ¶ Nota cu ius preſentia eſt cauſa felicitatis eius abſentia eſt cauſa miſerie ⁊ infelicitatis ⁊ hoc cla
riſſime poterit apparere ex iſto ſimili: ſicut enim nauta per ſui preſentiam eſt cauſa felicitatis nauis: ſic
eius abſentia eſt cauſa periclitationis eius ex.ij.phi. Si.ergo bona fortuita per ſui preſentiam eſſent cā
beatitudinis per ſui abſentiam eſſent cauſa miſerie. Cum autem in morte hominis bona fortuita relin
Ma rõnalis quunt hominem fugiendo ⁊ homo relinquat ea moriendo omnis homo poſt mortem eſſet miſer ⁊ infe
lix quod falſum eſt. Nam multi poſt mortem conſequuntur beatitudinē. Et quia forſan aliquis diceret
mortuo homine moritur ⁊ anima eius:⁊ ſic homo poſt mortem nullam conſequitur beatitudinem hoc
excludens philoſophia dicit ad Boe. Tu es idem ille cui perſuaſum eſt multis demonſtrationibus ani
mas hominum eſſe immortales. ¶ Nota ꝙ omnes leges in hoc conueniunt ꝙ anima intellectiua ho-
minis ſit immortalis ſeparatur enim ab alijs ſicut perpetuum a corruptibili:⁊ ex.ij. de anima.⁊ hoc eſt
rationabile:q2 anima intellectiua cum ſit immaterialis non eſt educta de potētia materie ſed ab extra.
ſcilicet a deo. Ipſa enim ſecundum beatum Augu. creando infunditur ⁊ infundendo creatur propter
quod cum abſciſio materie ſit cauſa perpetuitatis per commentatorē primo celi ⁊ mundi anima intel-
lectiua immaterialis exiſtens ipſa eſt immortalis.

¶ Aſcenſius.

Nota Cum ego ⁊c. Hec proſa ſane multa eruditionis plena habet. hec multa expoſitione indiget.
Sunt tamen grammaticis annotanda. Primo illud. Sed quod inquit:ſic conſtrues. Sed
tu non poſſis iure imputare rebus id quod tu luis.i. pateris ſupplicium.i. tanq̄ ſupplicium
falſe opinionis .i. propter falſam opinionem indutum: vel lege vt quidam Supplicio falce
opinionis. Secundo ſcias vitioſe poſitum eſſe q̄ particulam cum ſuperlatiuo in eo ſignificatu in quo
poni videtur in textu vbi dicitur q̄ plurimis maximiſq3 ⁊c. Accipitur enim q̄ pro l3 q̄tum:⁊ ſic vult
poſitiuum non ſuperlatiuū: vt ſic reputes mecum q̄ magnis ⁊ .i. q̄tum magnis ⁊ q̄ multis.i. q̄tum
multis abundes. Poſſet tamen ſaluari congruitas ſi ſic ordinetur. Reputes.i.cenſeas mecum ꝙ ſup.
abundes adhuc q̄ plurimis.i.valde multis:⁊ q̄ maximis.i.valde magnis: ſed prior ſententia melius
contexitur. Tertio ſcies vitioſe dixi ſm Laurentiū:meliora queq3.dicendu3 eſt optima queq3: ſed Boe
tius non omnem elegantiam obſeruat. Quod dico non vt aucthorem reprehendam:ſed vt memorem
faciam lectorem ne pro lege habeat quecunq3 ab eo dicta ſunt precipue in genere dicendi. Quarto
vbi dicitur patri ſimilis ſcies precipi a peritioribus grammaticis hoc adiectiuum ſimilis: tunc datiuo
iungi quando qualitatem exteriorem reſpicit tunc autem genitiuo quando mores:q2 ergo hic de mori-
bus loquitur.dixiſſet potius patris ſimilis:quod tamen hoc loco prudenter ⁊ non vitioſe cauit.quia mi
Similis nimus ſibilus fuiſſet patris ſimilis:ad quem vitandum dixit Virgil. Immitis achilli ⁊ infelicis vlixi:in
genitiuo dulcius:ergo dixi patri ſimilis.non tamen dixiſſe recte tibi ſimilis. ſed tui in ea ſignificatiōe.
Exoſus Quinto ſcias oſum ⁊ exoſum ſepe accuſatiuo iungi non tamen vitioſe dixit Boe. que vite huius exo-
ſa. Vtrunq3 enim recte dicitur ⁊ vitam exoſa ⁊ vite. Sexto ſcies optime dictum tui deſiderio. vbi
Tui non recte diceretur tuo:quia capitur paſſiue. Senſus enim eſt deſiderio tui ideſt quo tu ab ea deſidera
ris. Sed deſiderio tuo eſt quo tu deſideras. Septimo ſcies latine dictum vt in id etatis pueris. Solet
Vt enim vt eleganter capi pro eo quod eſt ſm quemadmodum eſt ſi dicam tu loqueris bene vt gallus ideſt
ſm ꝙ gallus ſolet loqui ita hic. Specimen ideſt decus aui ingenij elucet pueris vt in id etatis: ideſt
Celebs. ſm quod in ea etate ſolet pueris elucere. Ornatius etiam dixit cura vite retinende:q̄ ſi dixiſſet cura re
tinendi vitam. Quia gerundia nomina pulchre ponuntur pro gerundijs. Octauo ſcies: celibem dici
non eum tantum qui caſte viuit. ſed omnem extra legitimum matrimonium viuentem etiam ſi luxurio-
Quiſq3. ſiſſimus ſit:vnde celibatus eſt ſtatus extra connubium viuentium ſiue caſte ſiue incaſte. Aucthor eſt val
la multiq3 alij. Aduerte autem diſerte dictum feliciſſimi cuiuſq3 delicatiſſimus ſenſus eſt. quia quiſq3
tam in obliquo q̄ in recto:⁊ tam in eodem caſu poſitum q̄ in alio ſuperlatiuum efflagitat. Nec minus
docte dictum eſt q̄ multos eſſe coniectas: quia q̄ vallet q̄tum quod poſitiuum vult. Item vbi dici-
tur hic ipſe locus quam tu exilium vocas elegantius diceretur quod exilium vocas ſublato pronomi-
ne tu. Vtroq3 tamen modo grammatica conſtat eo ꝙ exilium appellatiuum eſt. Nono q̄tum ad ſen-
tentiam aduerte hanc materiam pulchre haberi in principio ſermonum Horatij.videatur ibi quia ſu-
perfluum eſſet hic ponere:niſi forte ſint qui eos non habeant.quibus ſufficiant verſiculi. Qui ſit mece-
Lachrīmo. nas vt nemo quem ſibi ſortem. Seu ratio dederit ſeu ſors obiecerit illa. Contentus viuat laudet diuer-
ſa ſequentes ⁊c. Decimo ſcies.lachrymo apud Terentiu3 ⁊ apud Ciceronem in de ſomno Scipionis
Quominus abea.. ⁊ alibi reperiri ne obſoletum putes. Vnde ſcies locum eſſe a commentario habeat pro abeat ⁊ ita ma-
le expoſitu3 eſſe que minus pro vt:lege ergo ſic.tamen quominus cum velit abeat retineri non poſſit. Et
exponens ordina ſic.tamen fortuna non poſſit retineri quominus.i.vt non abeat.i.recedat.dum .i. quā
do velit. Nec ipſa tota.ideſt ex omni parte delectat anxios: quia vt dicit Horatius. Nihil eſt ex omni
parte beatum:quod ab Horatio Alanus ſumpſit ſicut alia plura. Quia autem Alanus hic adducitur
Adhec. quem conſtat multo poſt beatum Thomam fuiſſe certum eſt eos commentarios non eſſe ſancti Tho-
me:ſaltem totos. Adhec que3 caduca. Adhec ideſt inſuper preterea:ſed vſitatus eſt in ſingulari ad hoc:
pro eo quod eſt preterea:vt apud Saluſtium Cognoueram paruis copijs bella geſta cum opulentis re
gibus. Ad hoc ſepe fortune moleſtiam toleraſſe: facundia grecos ſcientia belli gallos ante romanos
fuiſſe Cetera omnia nota puto.

Quiſquis volet perennē. Hic incipit quartum metrū huius ſecundi quod dicitur metrū anacreontium ab inuētore iambicū a pede predominā̄te. dimetrū a numero pedū catbalecticu3: quia deeſt vna ſyllaba ad completorium metri huic metro adiungit metrum pherecratium ſic dictum ab inuentore de quo ſuperius dictū eſt. In hoc ergo philoſophia cōmendauit vitam mediocrē per talem metaphorā. Edificiū cōſtructum in loco minus alto vigetur tempeſtatibus ventoꝝ ⁊ fundatum in loco arenoſo defluit: ſed fundatum in loco humili ⁊ ſaxoſo vtrūq; vitat incōmodum. Sic vita preciens nimium eleuata proſperitate vel nimium depreſſa aduerſitate frequenter euentu inopinato calamitatibus defluit: mediocris autē ſecura pmanet. dicit ergo in littera. Quiſquis homo cautus volet ponere ſedem perennē idest firmam manſionē ⁊ ipſa ſtabilis exiſtens nec velit ſterni. i. deyci ſonoris flatibus euri illius venti: ⁊ quiſquis curat ſpernere pontum minantem fluctibus. i. mare fluctuans ille vitet ⁊ cacumen. i. ſummitatem alti montis ⁊ vitet arenas bibulas. i. ſiccas. Tūc aſſignat cauſam quare debeat vitari in edificando cacumen alti montis: quia illud ſcilicet cacumen alti montis vrget. i. flando premit auſter proteruus. i. ventus impetuoſus tūc aſſignat cauſam quare debeāt vitari arene quia he ſcilicet arene ſolute. i. diſiuncte per ſiccitatem recuſant ferre idest nolunt portare pendulum pondus. i. labile vel pendens pondus. Tu ergo fugiens periculoſam ſortem euentum amene ſedis. i. amene manſionis ⁊ certus exiſtens memento figere. i. ſtabilire domum tuam. i. humili ſaxo. i. depreſſo lapide Quis ventus miſcens equora. i. voluens maria tonet. i. ſeuiat ruinis. i. flatibus ruinoſis: tu felix conditus robore. i. firmitate quieti valli. i. munitionis: tu ſerenus. i. tranquillus: duces. i. ages euum. i. vitam tuam: ridens. i. deridens ⁊ pro nihilo habens iras. i. perſecutiones etheris. i. aeris vel venti ſeuientis. ¶ Nota ꝙ omnis virtus ſuperfluitate corrumpitur: cum virtus conſiſtat in medio. Eſt enim virtus electiuus habitus imediate cōſiſtens recta ratiōe determinatus: ideo omnis ſuperfluitas tanꝙ vitioſa vitāda eſt. Philoſophia ergo docet vitare ſuperfluā ꝓſperitatē quā deſignat p cacumē alti montis que proſperitas plerumq3 impugnatur inuidia ⁊ potentia magnatum que per ventum impellentem deſignatur Docet etiam vitare nimiam paupertatem quam deſignat bibula arena que paupertas recuſat ferre indigentiam neceſſariorum que per pondus pendulum deſignatur indigentia enim grauat hominem ad modum penduli ponderis. ¶ No. ſecuritas ſm Tul. in rethorica ſua eſt virtus incommoditates imminentes ⁊ inchoacte rei affines non formidans: que ſecuritas maxime appetenda eſt: propter quod philoſophia docet appetere vitam mediocrem que reddit hominem ſecurum ſm illud poeticū. Medio tutiſſimus ibis. ⁊ Cato. Tuta mage eſt puppis modico que flumine fertur. Quam vitam mediocrē deſignat per humile ſaxū: in quo edificiū impetu venti nō deyicitur. nec inundationibus tanꝙ bibula arena diſſoluit. ¶ Nota ꝙ duplex eſt paupertas: volūtaria ⁊ leta alia inuoluntaria ⁊ triſtis. Prima paupertas eſt appetenda ſecunda fugiēda. De prima loquitur Sene. ij. epi. Honeſta res eſt leta paupertas. Paupertas enim expetita ſecura eſt. Et. xviij. epl. O lucille incipe cum paupertate habere cōmertium gaude contemnere opes nemo alias eſt deo dignus ꝙ quis opes contempſerit. Secunda paupertas ſcilicet inuoluntaria ⁊ triſtis fugienda eſt: quia mortalis eſt ⁊ ratione triſtitie ſtupefacit ⁊ corrumpit naturam.

Sanctus Thomas.

Metrum quartū ſecundi libri.

Quiſquis volet perennem.
Cautus ponere ſedem.
Stabiliſq3 nec ſonoris
Sterni flatibus euri.
Et fluctibus minantē. Curat ſpernere pōtū
Montis cacumē alti. Bibuli domū memēto
Bibulas vitet arenas. Certus figere ſaxo.
Illud proteruꝰ auſter. Quāuis tonet ruinis.
Totis viribus vrget. Miſcēs equora vētꝰ.
Hę pendulum ſolute. Tu conditus quieti
Pōdus ferre recuſāt Felix robore valli.
Fugiens periculoſa3. Duces ſerenus euū:
Sortē ſedis amene Ridens etheris iras.

Aſcenſius.

Quiſquis volet perennem ⁊c. Verſus hic eſt dicolos diſtrophos. idest duorum generū a ſecundo ad primam reuertens. Cuius primum genus dicitur anacreontium. Perennis ⁊ hoc perenne eſt res durans totum annum. Et quia annus in ſe reddit ſolet perenne vocari quod perpetuū eſt dicit etiā perēnis in ſecūda declinatione maxime apud antiquos Manet autē mediocritatem ſeruandam: vt Ouidius dicens. Medio tutiſſimus ibis. Alta enim petunt venti. vt dicit ibidem. Ouidius perflant altiſſima venti. arena aūt ſtabile ſolū non prebet. dicente ſaluatore Math. vij. Similis erit viro ſtulto qui edificauit domū ſuam ſuper arenā ⁊c. Arene dicuntur bibule: q3 bibunt aquam fere inſatiabiliter. Quāuis tonet ruinis poteſt exponi ꝙuis. i. ꝙtūuis ſeu ꝙcunq; ventus miſcens equora ruinis tonet tu conditus quieti. i. ad quietē repoſitus duces euum ſerenus ⁊c. Multa ſunt hic adiectiua per ſubintellectas coniunctiones conſtruenda. nam ſine coniunctione duo adiectiua vicioſe dantur vni ſubſtantiuo. Valt autem dicere magnā eſſe ſecuritatem eius qui mediocribus cōtentus eſt.

Nota.

Perennis.

❡ Proſa quinta ſecūdi libri.

SEd quoniam rationū iaȝ in te meaꝝ fomēta deſcēdunt. paulo validioribus vtendū puto. Age enim ſi taȝ caduca momētanea fortune dona nō eſſent. Quid in eis eſt qđ aut veſtruȝ vnq̄ȝ fieri queat: aut nō pſpectū ꝯſideratūq̄ȝ vileſcat. ❡ Diuitie ne vel veſtri vel ſui natura precioſe ſunt. Quid eaꝝ potius. auꝝ ne an vis cōgeſte pecunie. Atqui he fundēdo magis q̄ȝ coaceruando melius nitent. ſiquidem auaricia ſemper odioſos largitas claros facit. Quod ſi manere apud quemq̄ȝ nōn poteſt quod transfertur in alterum tunc eſt precioſa pecunia cum tranſlata in alios vſu largiendi deſinit poſſideri. ❡ At eadem ſi apud vnum quanta vbiqȝ genituȝ eſt congeratur: ceteros ſui inopes fecerit. Et vos quidē tota

❡ Proſa quinta ſecundi libri.

Sanctus Thomas.

SEd qm̄ rationū iam in te. Hic incipit quinta proſa huius ſecundi in qua ph̄ia ponit remedia magis mouentia Boe. ad oſtēdendū ꝙ bona fortune ſunt cōtemnēda: ⁊ minus eſſe dolendū de amiſſione eorū. iſta aūt remedia ſunt rōnes ſumpte ex cōditionibus particularium bonorum fortune. ſ. diuitiarū: honorū poteſtatū ⁊ glorie. Et primo oſtendit hoc de diuitijs ꝙ non ſunt magnopere appetende ponendo vnam rationeȝ generalem reſpicientem omnia bona fortune. ſecundo ponit rōnes de diuitijs ibi. Diuitie. Primo intendit talem rationē. Nullus magnopere debet illud appetere quod nō poteſt eſſe ſuuȝ ⁊ quod in ſe conſiderānduȝ eſt vile: ſed omnia bona fortuita ſunt hmōi que ſunt mutabilia: ideo nō pñt eſſe ꝓpria hominis ⁊ in ſe cōſiderata vileſcunt: ergo ⁊c. Unde di. in lr̄a. qm̄ fomenta. i. medicamenta mearū rationū in te deſcendunt: q2 ego video te paulatim fortunā cōtemnere puto eſſe vtenduȝ paulo validiorib⁹. rōnibus. i. magis mouētibus. Age eſt aduerbiū hortandi. Si enī bona fortune nō eſſent caduca. i. caſualia ⁊ momētanea. i. trāſitoria ad moduȝ momenti. qđ eſt in eis quod vnq̄ȝ queat fieri veſtruȝ aut qđ perſpectum ⁊ in ſe cōſideratū nō vileſcat. quaſi diceret nihil. ❡ Not. ꝙ

Bōa fortūe.

bona fortune ſunt caduca ⁊ trāſitoria: q2 di. Sene. lxx. epi. Omnia bona fortune nobis accidunt: ſed nō adherent: ⁊ ſi abdicantur ſine vlla noſtri lachrymatione: diſcedunt ex quo patet ſi mutabilia ſunt: ꝙ nō ſunt ꝓpria bona hoīs: q2 ſm eundē Sene. Nihil propriū dicas quod mutari poteſt. ❡ No. ꝙ bona fortune in ſe cōſiderata vileſcunt: q2 dicit Johannes chryſoſt. Bona fortune in ſe ipſis veteraſcūt ⁊ ꝯſumunt̄: aut ab extraneis dolo vel violētia vel calūnia reperiunt̄. ❡ Diuitie ne vel veſtri vel ſui natura. ❡ Hic. ph̄s ponit rōnes de diuitijs i ſpeciali ꝙ nō ſunt magnopere appetende. Secundo ꝓbat hoc generaliter de diuitijs ibi. Quid aūt. Prima diuidit̄ in quinqȝ partes ſm ꝙ ſunt quinqȝ genera diuitiarū que probat non multuȝ eſſe appetenda. ſ. pecunia: gemme poſſeſſiones veſtes ⁊ famuli. Primo oſtendit propoſitū de pecunia. ſecundo de gemmis: ibi. An gemmarū. Tertio de poſſeſſionibus ibi. An vos: Quarto de veſtibus. ibi. Jam vero. Quinto de famulis ibi. An vero. Primo duabus rationibus probat diuitias nō multū eſſe appetendas. ſecunda ibi. At eadē. prima ratio talis eſt. Jllam nō ſunt multū appetenda que nec ex ſui natura nec ex natura vtentis ſunt precioſa: diuitie ſunt huiuſmodi. ergo ⁊c. Maior eſt nota q2 nihil appetit̄ niſi bonū ⁊ p̄cioſum. Minor declaratur: diuitie nō ſunt bone ex ſui natura: q2 nō faciunt bonū eum cui adueniūt: nec ſunt bone ex parte vtentis: q2 nō inquantū ꝯſeruant̄: ſic enī faciūt hoiem auarū: nec inq̄ȝtū diſtribuunt̄ q2 ſic relinquūt hoies: dicit enī in lr̄a. Diuitie vel ſunt p̄cioſe ſui natura vel natura veſtri vtētiū eis. Et quid carū eſt potius. i. p̄cioſius: an aurū. an vis ꝯgeſte pecunie. i. ꝯgregate. atqui pro certe he. ſ. diuitie nō ſunt precioſe ꝯſeruando eas q2 melius nitent effundēdo. i. diſtribuēdo eas q̄ȝ coaceruādo. i. retinēdo eas ſiqdē auaricia que pecuniā coaceruat ſemꝑ facit hoies odioſos: ⁊ largitas q̄ pecuniā effundit facit claros. i. honeſtos ſubdit. Et ſi illud qđ transfert̄ in alterū nō pōt manere apud quēq̄ȝ tūc eſt p̄cioſa pecunia loquendo ironice. cum ipſa vſu largiēdi tranſlata in alios deſinit poſſideri. ❡ Notandū qđ aliquid eſt bonum dupliciter vel ex natura ſui vel ex natura vtentis. Et illud dicit̄ bonū ex natura ſui quod a ſe vel in ſe habet vnde ſit bonū: ⁊ cuicūq̄ȝ aduenit facit ipſuȝ bonū ſicut recta ratio: pax ⁊ ſimilia. Sed illud dicit̄ bonū ex parte vtentis quo ſi aliquis cōuenienter vtatur aliquid boni inde ꝓuenit. vnde nota ſm beatū Bern. Solus error hoīm facit qđ aurū ⁊ argētū reputantur p̄cioſa cū nō ſint niſi terra rubea ⁊ alba. ❡ Nota ꝙ Sene. lxxxviij. ep̄la ꝓbās diuitias nō eſſe bonas ſic arguit. Qđ bonū eſt bonos facit diuitie nō faciunt bonos. ergo diuitie bone nō ſunt. Jtem illud qđ poteſt cōtingere cōtemptiſſimo ⁊ turpiſſimo bonū nō eſt. diuitie aūt ⁊ lenoni ⁊ laniſte cōtingūt cōtemptiſſimo ⁊ turpiſſimo: ergo bone non ſunt. Jtē bonū ex malo nō fit: diuitie aūt ſunt ex auaricia que mala eſt: ergo bone non ſunt. ❡ At eadem ſi apud vnū. Hic ponit ſcđam rōnē que talis eſt. Jlla nō ſunt multū appetenda que a pluribus non poſſunt poſſideri ⁊ nō tranſeunt ad aliū ſine paupertate aliorū diuitie ſunt hmōi: ergo ⁊c. vnde dicit in littera. At pro ſed ſi in eadem ſcilicet pecunia quanta eſt vbiq̄ȝ genitum. i. apud omnes gentes: congerat̄

Bonum.

Diuitie non ſunt bone vel bonum.

Quid autẽ de corporis voluptatibꝰ. Iſta eſt ꝓſa ſeptima huiꝰ tertij libri in qua ph̃ia oñdit btitudinẽ nõ eſſe in voluptate ⁊ p̄rio oñdit hoc de voluptate gñalr. Scđo de quadã voluptate ſpãliter. ſcđa ibi. Honeſtiſſima qdẽ primũ ꝓbat duplr̃ ſm ꝙ ponit duas rõnes: ſecunda ibi. Que ſi beatos. Prio intẽdit talẽ rõnẽ. In illis nõ cõſiſtit beatitudo ad que ſequunẽ multe incõmoditates. ſed ad voluptates ſequunẽ multe incõmoditates: ſicut declarat in lr̃a ⁊ di. Quid loquar de voluptatibꝰ corpis. i. delectationibus corpalibꝰ quaꝝ appetẽtia. i. cupiditas plena eſt anxietatis qꝛ hõ anxiaẽ cũ caret eo qđ cupit ſatietas vero. i. plenitudo voluptatum plena eſt penitẽtie. i. pene cũ igiẽ voluptatibꝰ ſit cõiuncta anxietas ⁊ penitentia in eis non conſiſtit beatitudo ⁊ addit quãtos morbos ille voluptates ⁊ q̃ʒ intollerabiles dolores ſolent afferre corporibꝰ fruentiũ eis quaſi quãdaꝫ fructũ nequitie ſup. ſatis ptꝫ: quarũ voluptatũ motꝰ. i. affectꝰ qd habeat iocũditatis. i. voluptatis ignoro quiſquis aũt volet reminiſci ſuarũ libidinũ. i. voluptatuꝫ ipſe intelliget. i. cognoſcet exitus. i. fines voluptatũ eẽ triſtes. ¶ No. ꝙ duplex eſt voluptas ſcꝫ itellectualis ⁊ corporalis prima eſt proſequẽda. ſ. intellectualis. qꝛ cõſiſtit in ſpeculatiõe animã beatificãs ſcđa eſt fugiẽda: qꝛ ↄſiſtit in delectatiõe ſenſuali corpus mortificans: vñ Sene. lij. epi. di. Voluptates ꝑcipue extirpa: eſt que latronũ more nos amplectunẽ: vt ſtrangulẽt ⁊ Tullius voluptas impedit oẽ conſiliũ atqꝫ vt ſi dicã oculos pſtringit mentiũ ⁊ nimica eſt rõni: nullũ vult cũ virtute habere cõmertiũ. No. ꝙ voluptas plena eſt pn̄ia. Narrat enim Vale. ꝙ cũ Demoſthenes phs q̄reret amorẽ Thaidi meretricis ⁊ cõſenſum ferret ei cẽtum talenta petam. ⁊ Demoſthenes aſpiciẽs in celũ rñdit pro tanto precio non emam tantũ pn̄iẽ ſciebat enim ꝙ voluptatẽ inſeparabilr̃ ſequitur pn̄ia. ¶ Nota ꝙ voluptates mltos morbos afferũt: qꝛ dicit Sene. in quadã ep̄la. Multos morbos multa fercula ferũt. ⁊ vult Ariſt. iij. ethi. ꝙ laborãtes in paſſionibus venereis ⁊ crapule maxie trãſmutanẽ ſ3 corpus. crapula eñi plures occidit q̃ʒ gladius. ¶ Que ſi beatos. Hic ph̃ia probat cõcluſionẽ prius poſitã alio modo deducẽdo ad incõueniẽs: ⁊ eſt rõ iſta ſi in voluptatibus cõſiſteret btitudo, ſequereẽ ꝙ pecudes eſſent beate qđ eſt falſum pecudes eñi laborãt ad explẽdã corporis voluptatẽ. vnde dicit. Que voluptates ſi poſſunt explicare beatos nihil cauſe eſt. i. nihil impedit qn pecudes dicãtur. i. iudicẽtur eſſe beate: quarũ oĩs intẽtio feſtinat ad explendã corporalẽ laſciuiã. i. ingluuiẽ ventris. Nota ꝙ cum felicitas ſit bonũ nature rõnalis nullas beſtias felicitabit: qꝛ tm̃ genus hoĩm viuit arte ⁊ rõne. No. ꝙ ad fugam beſtialiũ voluptatũ hortatur Ariſto. Alex. in quadã ep̄la di. O alexãder declina a conatibus beſtialiũ voluptatũ q corruptibiles ſunt carnalis eniꝫ appetitus inclinat ad corporales virtutes q cõtriſtant intellectũ: ⁊ ſubdit conatus voluptatũ generat carnalẽ amorẽ hic generat auaritiam hec generat deſideriũ diuitiarũ: que generat inuerecundiã: inuerecundia preſumptionẽ: p̄ſumptio infidelitatẽ: infidelitas latrociniũ ꝓpter que mala vitanda eſt voluptas. ¶ Honeſtiſſima quidẽ cõiugis foret. Hic ph̃ia oſtẽdit ꝙ beatitudo nõ cõſiſtit in quadã ſpeciali voluptate ſcꝫ in m̃rimonio que licita eſt propter generationẽ prolis intẽdens talẽ rõnẽ. In illa voluptate non cõſiſtit felicitas que hꝫ anxietatẽ ſibi annexã ſed voluptas m̃rimonij eſt hmõi ſicut tãgit in lr̃a. vñ dicit. Iocũditas ⁊ ↄiugis liberũ foret honeſtiſſima. ſed nimis eſt extra naturã dictum: qꝛ natura abhorret id qđ volo dicere: qꝛ neſcio. i. taceo. quẽ. i. aliqueꝫ inueniſſe. i. habuiſſe filios tortores quorũ filiorum q̃ʒ ſit mordax. i. anxia quecũqꝫ conditio: ſiue bona ſiue mala. neqꝫ non neceſſe eſt te ammonere al's expertum eſt neqꝫ neceſſe eſt ammonere te nunc anxium: in quo ego approbo ſententiã. Euripedis mei philoſophi qui dicit carentẽ liberis: infortunio felicem. ¶ Nota ꝙ anxietas ineſt patribus propter maliciã filioꝝ. Narrat eñi Europius in hyſt. romanoꝝ ꝙ Demetrides in ſuos ſeuiens filios duos ex eis interfecit: ⁊ cum ꝑſequereẽ tertiũ ille congregato exercitu obſedit patrẽ. pater aũt vidẽs ſe non poſſe euadere ſeipſum interfecit. Etiã pr̃ anxiaẽ de bonis filijs ꝓpter intẽſam dilectionẽ eorũ ⁊ ꝓmotionem qbus ſi aliqd aduerſi cõtigerit pr̃ reputat

ſe infelicē. Et quo patet ꝙ voluptas ꝯiugalis hꝫ anxietatē ſibi annexā. ❡ Aſcenſius.

Quid aūt de corporis voluptatib⁹. De voluptate pri⁹ dictū eſt. Dictū aūt illud demoſthenis qḋ cōmētari⁹ hꝫ narrat Aulus geli⁹ lib. i. c. viij. Lais corinthia meretrix ob elegātiā venuſtatēq̄ forme grādē pecuniā demerebat. ❡ Ad hāc demoſthenes rethor clanculuꝫ adit ⁊ vt ſui copiā faceret petit. At lais decē dragmarū milia ꝓpoſcit. hoc facit nūmi noſtri aīs decē milia. Tali petulētia mulieris atqꝫ pecunie magnitudine ictus expauiduſq̄ demoſthenes auertit ⁊ diſcedēs. Ego inqͣt penitere tāti nō emo vel nō emo cētū ſeſtertijs penitere. hec ille. Satietas ergo voluptatis plena eſt penitētie. Qui adeo vt phūs inqͣt. Omnis aīa poſt coitū triſtaſ: pꝫ igiſ error ſuperioris comēti, ꝑ demoſthenē phūm dicit q rethor fuerat: ⁊ taydē adijſſe que lays erat. Qui pecudes quoqꝫ beate eſſe dicanſ. nā pecudes voluptati carnis maxime indulgēt. Filios tortores. i. quin parentē more iorioꝝ pſequebātur: vt iupiter ſaturnū. Mordax quecūqꝫ cōditio ſiue boni ſint filij ſiue mali magna eſt parentibus ſollitudo ⁊ cura. Vn̄ petrarcha de remedijs vtriuſqꝫ fortu. lib. i. c. lxx. Si boni inqͣt tibi filij ſunt iugis erit pro illis timor ſi mali ſempiternus dolor interim ſolamē ambiguū certa cura. hec ille. Euripidis poete potius q̄ phi notatu dignū eſt verbū. ❡ Metrum ſeptimū tertij libri. | Nota. Lais.

❡ Metrū ſeptimū tertij libri.

Habet hoc voluptas omnis
Stimulus agit fruentes.
Apumqꝫ par volantium
Ubi grata mella fudit
Fugit ⁊ nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Habet hoc voluptas oīs. Iſtud eſt metrum ſeptimū huius tertij qḋ dicit anacreontiū ab inuētore iambicū vel anapeſticū a pede predomināte: q2 habet primū pedē anapeſtū ⁊ reliquos iābicos: ⁊ eſt dimetruꝫ. i. quattuor pedū cathaleticū: q2 deficit ſyllaba. nā poſt tres pedes remanet vna ſyllaba de quarto pede. In quo metro phīa oſtēdit qḋ mali cōſequit oēm voluptatē. omnis eīn voluptas ꝓpter anxietatē ſibi annexā eſt trāſitoria: quod confirmat per quoddam exemplum di. Omnis voluptas habet quod dicam quia voluptas agit. i. vexat fruentes ſtimulis. i. punitionibus: ⁊ eſt par. i. ſimilis ſtimulis apud volantium. vbi poſtq̄ apis fudit grata mella fudit ⁊ ferit corda icta. i. percuſſa anxietate nimis tenaci morſu. q. d. iocūditas voluptatis nimis eſt tranſitoria ſed anxietas quam affert nimis eſt permanſura. Notanduꝫ licet omnis voluptas corporalis primo delectet ⁊ poſtea pungat ad modum apum cum hoc maxime inueniatur in voluptate venerea ad cuius fugaꝫ Ariſt. hortatur Alexandruꝫ dicens. O clemens imperator noli te nimium inclinare ad coitum: q2 coitus eſt quedam proprietas porcorum. Que igitur tibi gloria ſi exerceas vitiū beſtiarū ⁊ actus brutorū crede mihi indubitanter ꝙ coitus eſt deſtructio corporis: abbreuiatio vite. corruptio virtutū: legis tranſgreſſio ⁊ generat femineos mores. Qualiter auteꝫ ſit fugiēda delectatio venerea docet. Ala. in lib. de planctu nature ⁊ ſcientia di. Si venereꝫ fugiat e velis loca tempora vita. Naꝫ locus ⁊ tēpus pabula donat ei. Et pauper Henricus loquens de amore dicit. Proſcribas igitur gladijs ⁊ fuſtibus ipſum. Et fugiendo fuga que fuga ſola fugat. | Sanctus Thomas.

❡ Aſcenſius.

Habet hoc voluptas omnis. Carmen monocolon eſt cōſtans tribus pedibus ⁊ ſyllaba abundāte Anapeſto ⁊ duob⁹ iambis: ſed terti⁹ etiā ſponde⁹ eſſe pōt. Legendū eſt aūt volētiū ⁊ ecōtrario apiū nō apū ꝓpter legē carminis. Similitudo quā phīa innuit in hoc ſtat ꝙ ſicut apes melle dulciſſimo per volatū amiſſo acri ſtimulo doloris punguntur. ⁊ aculeo occurſantē pungunt. ita fruētes reb⁹ ꝑ voluptate ſua quā tūc dulcē inuenerūt ceſſante voluptate ſtimulis penitētie agitanſ. Ferit. i. cōcutit a ferio cui⁹ preteritū ꝓpriuꝫ in vſu non eſt vſurpatum percuſſi aut ſimile eſſe poteſt. | Nota.

❡ Proſa octaua tertij libri.

Nihil igitur dubium eſt quin he ad beatitudinem vie de via quedam ſint: nec perducere eo quemq̄ valeant ad quod ſe perducturas eſſe promittunt. Quantis vero implicare malis ſint breuiſſime Monſtrabo. Quid enim pecuniaꝫ ne congregare conaberis ſed eripies

❡ Prola octaua tertij libri.

Nihil igitur dubiū eſt. Iſta eſt octaua proſa huius tertij in qua philoſophia oſtēdit quantis malis ſunt implicita bona in quibus aliqui poſuerunt felicitatem. ſecundo oſtendit q̄ exilia ſunt corporis bona: ibi. Iam vero. Primo dicit nulli dubium eſt predicta cōſideranti quin he vie quibus nituntur homines ad beatitudinem peruenire ſint quedam deuia nec valeant quemq̄ perducere eo. i. illud ad quod promittunt ſe eſſe perducturas quātis vero malis ſint implicate breuiſſime monſtrabo. quid enim ſup. iſtorum eſt ſine malo. q. d. nihil. vnde ſubdit pecuniam congregare ne conaberis. i. laborabis. ſed eripies. i. rapies habenti ⁊ ita iplicaberis malo violentie, vis fulgere dignitatib⁹ danti ſupplicabis: | Sanctus Thomas.

habēti dignitatibus fulgere velis donāti ſupplicabis. ⁊ q̄ pire ceteros honore cupis poſcēdi humilitate vileſces. potētiaȝ ne deſideras ſubiectoꝝ iſidijs onoxius piculis ſubiacebis. Gloriā petis ſȝ p aſpera queqȝ diſtractus: ſecurus eē deſiſtis: voluptariā vitā degas. ſed qs nō ſpernat atqȝ abijciat viliſſime fragiliſſimeqȝ rei corporis ſeruitiū. ¶ Jaȝ vero q bona pre corpis ferūt: q̄ exigua: q̄ fragili poſſeſſiōe nitūtur. Nū eni elephātes mole thauros robore ſuperare poteritis. Num tigres velocitate preibitis. Reſpicite celi ſpaciū firmitudinē: celeritatē. ⁊ aliquādo deſinite vilia mirari. Quod quidē celum nō his potius eſt q̄ ſua qua regitur ratiōe mirādū. ¶ Forme vero nitor vt rapidus eſt. Ut velox ⁊ vernaliuȝ floꝝ mutabilitate fugatior. Qd ſit Ariſt. ait lynceis oculis hoies vterētur vt coꝝ viſus obſtantia penetraret nōne itroſpectis viſceribus illud Alcibiadis ſupficie pulcherrimū corpus turpiſſimū videretur. Jgitur te pulchrū videri nō tua natura: ſȝ oculoꝝ ſpectantium reddit infirmitas. Sed eſtimate q̄ vultis nimio corporis bona dū ſciatis hoc quodcunqȝ miramini triduane febris igniculo poſſe diſſolui. Ex quibus omnibus illud etiaȝ in ſummaȝ redigere. licet q̄ hec que nec preſtare que pollicētur bona poſſunt: nec omnium bonoruȝ congregatione perfecta ſunt ea nec ad beatitudinem quaſi quidaȝ calles ferunt: nec beatos ipſa perficiunt.

⁊ qui cupis ceteros pcire honore tu vileſces humilitate poſcēdi. Potētiā ne deſideras ſubiacebis piculis ſubiectorū. Gloriā petis. ſed p aſpera diſtractus ſecurus eſſe deſiſtis voluptariā vitā degas. ſed qs nō ſpernat atqȝ abijciat tanq̄ cōtēptibilē ſeruū viliſſime qȝ p ⁊ fragiliſſime rei. ſ. corporis. ¶ No. q̄ hō querēs pecuniā incidit in manū violētie. q2 ois pecunioſus eſt violētus. i. Ethi. Sed querēs honores ⁊ dignitates humiliādo ſe alijs ſupplicabit. Sed dicit Sen. in lib. de beneficijs. Moleſtū eſt verbū ⁊ oneroſum demiſſo vultu dicere rogo.

Querēs aūt potentiā ⁊ gloriā defendēdā perſecutionib⁹ improboruȝ ſe obijciat: ⁊ ſic ſecur⁹ eē deſiſtit. Querens aūt voluptuoſam opȝ q̄ corpori ſeruiat. ſed dicit Sen. Maior ſuȝ ⁊ ad maiora genit⁹ ſum q̄ ſim mācipiū. i. ſeru⁹ corpis mei. qd nō aliter aſpiciā q̄ aliquod vinculum mee libertati circūdatū. Jā vero. Hic philoſophia probat in ſpeciali q̄ vilia ſunt bona corporis que aliqui reputāt egregia bona. ſecūdo breuiter recolligit ſupradicta ibi. Ex quib⁹ omnibus. primo oſtendit intentum de magnitudine: fortitudine ⁊ corporis agilitate. ſecundo de pulchritudine. ibi. Forme vero. Primo oſtēdit q̄ homo nō debet mirari de magnitudine. fortitudine: ⁊ agilitate corporis: quia illa excellentius inueniuntur in brutis q̄ in hominibus di. Jam vero qui ferunt: idest cupiunt bona corporis preſe: idest gratia ſui tāq̄ ſint optima. q̄ exigua: idest valde vilia: q̄ fragili poſſeſſione nituntur. i. laborant. num enim elephantes mole. i. magnitudine ſuperare. i. excedere poteris nec thauros robore. i. fortitudine. num tygres preibitis velocitate. Reſpice ſpacium. i. magnitudinem celi firmitudinē. i. fortitudinē celi celeritatem. i. velocitatem eius ⁊ aliqñ deſinite. i. ceſſate mirari vilia. i. inferiora bona: quod quidē celuȝ nō his predictis potius imo multomin⁹ mirādū eſt q̄ ſua rōne. i. itelligētia qua regit ſic ſimiliter in hōie multomagis laudāda ſunt bona rōnis q̄ bona corporis. ¶ No. q̄ bona corporis ſicut magnitudo: fortitudo: agilitas non multū ſunt mirāda. q2 dicit Seneca. Nō magnitudine ⁊ corporis velocitate magne res geruntur. ſed virtute. vñ Cato. Cōſilio pollet. Jtē Sene. Excellētia ingenij pōt latere ſub quacūqȝ pelle. ¶ Nota ſm Jſido. in lib. ethimo. Eelephantem greci a magnitudine corporis putāt dictū eo q̄ formā montis preferat. apud indos vero dicit barrus eo q̄ vox eius barritus dicitur dentes eius ebur. roſtrum eius promoſade dicitur. ¶ Nota ſm Jſido. Tigris eſt beſtia varijs. coloribus diſtincta mirabilis velocitatis: ex cuius noie quidam fluuius tigris appellat rapaciſſim⁹ eſt oim fluuioꝝ. Et eſt ſciendū q̄ pro beſtia dr hec tigris: in gtō tigris vel tigridis ſed pro fluuio dicit tantū hic tigris: ⁊ in gtō huius tigris. ¶ Forme vero nitor. Hic phia oñdit intentū de pulchritudine forme. ſ. q̄ exile bonū: q2 eſt trāſitoria: ⁊ q2 tm̄ eſt ſuperficialis ⁊ dicit vero p ſed nitor idest pulchritudo forme: vt. i. q̄ rapidus eſt. vt. i. q̄ velox. i. velociter eſt tranſiens ⁊ eſt fugatior. i. mutabilior mutabilitate floꝝ vernaliū. q. d. ſatis eſt euidens. vñ ſi hoies vterent lynceis oculis. vt ait Ari. ita vt coꝝ viſus penetraret obſtantia. ſ. corpora nōne illud. corpus Alcbidiadis ſupficie pulcherrimū introſpectis viſceribus turpiſſimum videretur: quaſi dicat ſic. ex quo concludit philoſophia. Jgitur te pulchrum videri non reddit: idest facit tua natura: ſed infirmitas oculoꝝ ſpectantiū. Et ſubdit. Sed

Bona corporis.

Elephas.

Tigris.

eſtimate q̄ nimio vultis bona corporis dū ſciatis hoc quocunq̃ fuerit corporis poſſe diſſolui igniculo
i.calore febris triduane febris enim acuta ſm medicos quandoq̃ tertio die perimit. Et tunc breuiter
recolligit ſupradicta di. Ex quibus omnibus licet redigere in ſummam q̄ hec.ſ.ſupradicta bona non
poſſunt preſtare ea que pollicentur.i.promittūt: nec perfecta ſunt congregatione omnium bonorū:nec
ad beatitudinē ferunt quaſi quidam calles.i.vie nec ipſa perficiunt beatos. ¶ Notādū q̄ pulchritudo
corporis nō eſt durabilis:q2 dicit Uir. O formoſe puer nimiū ne cred- -lori. Alba liguſtra cadūt:vaci
nia nigra leguntur. ¶ Notandū q̄ cōmuniter dicitur q̄ viſus lynceus obſtantia corpora penetrat ſed
illud nec ab Ariſt.neq̃ ab aliquo autētico inuenitur.vnde Iſido.in lib.ethimo.loquēs de lyce dicit q̄
linx dictus eſt:q2 in luporū genere nūeratur:beſtia maculis diſtincta tergo vt pardus:ſed ſimilis lupo
cuius vrinā cōuertit induriciē precioſi lapidis dicunt qui ligurius appellatur. Nihil aūt dicit Iſido.
de penetratione viſus. ¶ No.q̄ alcbibi.mulier pulcherrima quē videntes quidā diſcipuli Ariſtotelis
duxerunt eam ad ariſtotelē vt ipſam videret:qua viſa dixit. Si hoīes lynceos oculos haberēt:vt quiq̃
obſtantia penetrarēt introſpectis viſceribus corpus qđ apparet pulcherrimum turpiſſimū videretur.

¶ Aſcenſius.

Nihil igitur duorū eſt ⁊c. Certe nihil etiā in verbis dubiū eſt. Quid enim modus eſt interro
gandi. Pecuniā ne etiā interrogādo preferētur. Ne pro an. Donāti ſupplicabis.i.caput ⁊ ge
nua illi plicabis ſupplex. Seruitium duo ſignificat:vt pote ſeruientē ſeu ſeruū ⁊ miniſteriū — Seruitium.
eius.vnde apud Liuiū frequēter ſeruitia p̄ ipſis ſeruis leges. Qui bona pre ſe corporis fe
runt. pre ſe ferre eſt quodā geſtu corporis ac motu vultus animi qualitatē indicare:vt hic pre ſe fert p̄ — Pre ſe ferre.
bitatē.i.ex geſtu ⁊ ſignis exterioribus indicat ſe eſſe probum. Hoc ergo loco qui pre ſe ferunt bona cor
poris.i.indicant ſe habere bona corporis aut qui ad oſtentationē indicant que preferunt bona corpo
ris:q̄.i.q̄tum fragili poſſeſſione nituntur.i.fulciunt aut ſtabiliuntur ſeu fundantur.q.d.fragiliima. Et
aliquando definit.i.ſaltē poſt lōga tēpora. Neſcio quo errore ſcriptum reppert deſinate p̄ definite. For — Forme fuga
me vero nitor vt rapidus eſt vt.i.quantum rapidus.q.d.rapidiſſimas.vnde notum verbū. Homo na — citas.
tus de muliere breui viuens tēpore repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur ⁊
fugit velut vmbra ⁊c.⁊ Uirgi.in opuſculo de roſa. Collige virgo roſas dum flos nouus ⁊ noua pubes:
Et memor eſto euum ſic properare tuum. Formam perditā irreparabilem eſſet.docet Tibullus his ver
bis. Crudeles diui.ſerpens nouus exuit annos: Forme non vllam fata dedere moram. Solis eterna eſt
phebo baccboq̃ iuuenta. Nam decet intonſus crinis vtrunq̃ deum ⁊c. Uernalium florumq̃ verno tē
pore plurimi oriuntur. Linceis oculis. Sunt qui velint hic intelligi virum quendam dictū linceum qui
incredibili videndi potentia preditus erat de quo Horatius in epiſtolis. Non poſſis oculo q̄tum con
tendere lynceus. Non tamē idcirco cōtennas lippus inungi. Sed melius huic loco quadrat:vt de lyn
ce animali intelligamus quod quidam inter lupos ceruarios numerant.ſed plinius q2 diſtincte de vtriſ
q̃ agit diſtincta eſſe animalia ſatis indicat. Fuit vt ouidius docet ⁊ Seruius recitat. Linx rex ſythie — Linx.
in hoc animal maculoſum conuerſus.quod plini.lib.xxviij. Ceteris quadrupedibus viſu preſtare docet
Perottus autem dicit quoſdam putare ipſum montium connexa viſu penetrare.vnde lyncei oculi qui
acutiſſimi ſunt dicantur.verum ſunt qui id verifimile facere conantur vt dicāt ſpecies quaſdā in aere
etiam altum diffundi a rebus poſt montē aut murum ſtantibus quas oculi noſtri non deprehendūt niſi
diffuſio illa directa fuerit:⁊ ad eos vſq̃ peruenerit:ſed lynceos oculos etiā tenuiſſimas ſpecies depre
hendere:verum ſi textui noſtro locus eſſet oporteret:vt nō tantū ſic:ſed etiam penetrando res opacas
perſpiciant lynces quod licet veriſimile non eſt nihil propoſitū diminuit q2 ſatis eſt ſupponere q̄ ita ſit.
Dicit enim ſi quis haberet tales oculos quales lynces habere credūtur tunc videret corpus foris pul
cherrimum intus putredinis plenum eſſe:q̄ ergo obſcenum ratio videtur formoſiſſimam in ſuperficie
corpus non eſt:q2 tale non ſit:ſed q̄ videre non valeamus. Alcibiadis ſuperficie pulcherrimū corpus
hic commentum feciſſe ſuperiorem authorem non dubito.qui quod ex hyſtorijs reperire non potuit cō
mentus eſt dicens alcbibiadem fuiſſe mulierem cum ſexcentis authoribus conſtat fuiſſe virū longe in — Alcbibiadis
dulgentiſſimum ⁊ formoſiſſimum. Fuit autem athenienſis clinie filius:in quo teſte emilio probo quid na
tura efficere poſſit videtur experta nihil enim eo fuit excellentius vel in vitijs vel in virtutibus. Natus
eſt enim in ampliſſima ciuitate ⁊ omnium etatis ſue formoſiſſimus. vſq̃ adeo vt a ſocrate preceptore
ſuo amari:ſed caſte mereretur. Nam vt plato in ſympoſio author eſt nonnunq̃ apud ſocratem perno
ctauit.ſed non aliter ab eo ſurrexit q̄ filius a patre. Ceteras dotes eius docet Cornelius. Nunc quan
tum ad formoſitatem eius ſatis eſt diſcerniſſe. Sed eſtimate q̄ vultis hoc male ſcriptum reperi videli
cet q̄ vultus forte q2 male intellectum Ordo autem eſt. Sed eſtimate.i.appreciamini bona corporis ni
mio ſup.precio.q̄.i.quantum vultis dum.i.dūmodo ſciatis hoc quocūq̃ miramini poſſe diſſolui igni
culo.i.paruo ardore triduane febris:que licet non necat formam tamen ſemper polluit.

¶ Metrum octauum libri tertij.

Eu heu q̄ miſeros tramite deuio
Abducit ignorantia:
Non aurū in viridi queritis arbore
Nec vite geminas carpitis:

Eu heu que miſeros tra
mite deuio. Iſtud eſt octa
uum metrum huius tertij — Sanctus Thomas.
cuius primus verſus dicit
metrum aſclepiadinum ab inuentore
coriambicum a pede predominante.
Scđs verſus dr metrū archilochiū
ab inuentore iambicum a pede pre
dominante. In quo metro phia de

plangit errorem hominũ qui in querendo minima bona ſunt prudentes ſed querendo ſummũ bonum in adducunt ignorãtia. prio facit hoc: ſecũdo precat vt hoĩes tediat in falſis bonis redeãt ad verũ bonũ ſecũda ibi. Quid dignum. dicit ergo. Heu eſt interiectio dolẽtis ⁊ eſt diſſyllabũ ꝓpter metrũ que ignorãtia abducit miſeros deuio tramite. i. trãſuerſa via ſup. a vero bono vos hoĩes nõ queritis aurũ in viridi arbore nec carpitis. i. deſideratis gẽmas vite vos nõ abditis. i. abſcõditis laqueos ꝓ captura piſciũ in altis mõtibus vt ditetis dapes piſce: ⁊ ſi vobis libeat ſequi capreas nõ captatis. i. nõ acceditis vada thirrena. i. mare thirrenũ qđ eſt ythalie quin etiã ꝓ certe hoĩes norunt. i. nouerũt ipſos receſſus abditos. i. abſcõditos fluctib⁹ equorum etiã hoĩes norunt que vnda ſit feratior. i. abundãtior niueis gemmis. i. margaritis vel q̃ vnda ſit feratior rubẽtis purpure. i. cõchilioꝝ quoꝝ ſanguine ſit purpura ⁊ homines norunt que littora preſtãt. i. abundãt tenero piſce vel aſperis echinis. i. talibus piſcibus. ſed quoniã. i. vbi lateat bonum. ſ. beatificum. quod cupiunt neſcire ſuſtinẽt ceci exiſtẽtes vt ſup. illud bonũ quod abijt trãs polũ ſtelliferum illud homines dimerſi cecitate ignorantie petunt tellure. i. querunt terra. ℂ No. ſm Iſidorum lib. ethymologiarum. Caprea eſt aggreſtis capra: q̃ q2 acutiſſime videt: greci eam pondoidam appellauerunt. ℂ No. ſm Iſidorũ ꝙ echinnus eſt piſcis paruus ſemipedalis qui adherẽdo videt retinere nauẽ. ⁊ eſt piſcis aſperrimus admodũ hericii ad edendum ſatis ſuauis. ℂ Quid dignum ſtolidis mẽtibus imprecer. Hic precatur philoſophia vt poſt tedium falſorum bonorum homines redeant ad verũ bonum ⁊ dicit. Quid dignũ ego iprecer ſtolidis mẽtib⁹ hoĩum quaſi diceret nihil aliud: niſi hoc ꝙ hoĩes ambiẽt ipſos honores ⁊ opes ⁊ cõparauerint. i. acquiſiuerint ſibi falſa bona graui mole. i. tedioſa ſollicitudine: tandem tedio ducti cognoſcant vera bona. ℂ No. ꝙ iſta deprecatio philoſophie nõ eſt ex maliuolentia: ſed ex benignitate ⁊ ideo non optat ꝙ homines permaneãt in deſiderio honoꝝ temporalium: ſed vt illud deſiderium magis ſit eis medium perducendi ad verum bonum nec ipſa imprecatur cupiditatem vel ambitionem honoris ad eſſe: ſed vt quibus adeſt per hoc ad verum bonum deducantur.

Non altis laqueos montibus abditis
Ut piſce ditetis dapes
Nec vobis capreas ſi libeat ſequi
Thirrena captatis vada:
Ipſos quinetiam fluctibus abditos,
Norunt receſſus equoris:
Que gemmis niueis vnda feratior
Uel que rubentis purpure:
Necnon que tenero piſce vel aſperis
Preſtant echinis littora
Sed quonam lateat quod cupiunt bonum
Neſcire ceci ſuſtinent
Et quo ſtelliferum trans abijt polum
Tellure dimerſi petunt
Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer
Opes honoreſq3 ambiant
Et cum falſa graui mole parauerint
Tum vera cognoſcant bona.

ℂ Aſcenſius.

Nota — HEu heu que miſeros ⁊c. Carmẽ eſt dicolon diſtrophon primus verſus eſt aſclepiadeus cõſtãs ſpõdeo dactilo: pẽthimemeriq3. i. ſyllaba poſt duos pedes abundãte: ⁊ duobus dactilis. Secundus eſt archilochius iambicus dimeter acathalecticus. recipiunt perichium in fine vbi iambi poteſtatẽ habet. Legit autẽ primus verſus dupliciter. Nã quidam legunt q̃ miſeros vt ſit heu heu vel eheu q̃. i. quãtũ miſeros abducit ignorãtia. Alij legunt que: vt heu heu que. i. qualis ignorãtia ⁊c. Uult autẽ oſtẽdere philoſophia filios huius ſeculi eſſe prudentiores filijs lucis. Sciunt enim oẽs vbi bona terrena querãt: ⁊ pauci vbi celeſtia. Nec vite. i. inuite: vt ſit hec vitis in nominatiuo: non hec vita. Non ergo dices gẽmas vite: ſed gemmas carpitis vite. i. in vite vinifera. Non altis laqueos montib⁹ abditis non abditis. i. abſconditis laqueos. i. rhetia vt piſce ditetis dapes. Caue ne ſcribas vt piſces ⁊c. Capree ſunt capre ſiluestres. Thirrena vada. i. mare inferum in ythalia a thirreno duce lydorum appellato qui in ethruriam conſedit. Que gemmis niueis vnda feratior: q2 dictum eſt ꝙ rubri maris in india: vel que rubentis purpure. Dictum enim eſt aphrici maris iuxta tyrum dicit rubẽtis propter ferugineã hyſpanie. Necnon que tenero piſce. Credo oſtreã intelligit: que ablatis teſtis teneriſſima eſt: vel aſperis preſtante echinis. De his duobus Hor. ſecundo ſermo. Oſtrea circeis: miſero oriuntur echini. Seruius vult latine dici hec oſtrea oſtree: quia latine nullum animalis nomen neutri generis reperimr: ſed oſtreum neutro genere vult grece dictum cenſeri. Echinus eſt piſcis calicem habens echinatum. i. acutum ſpinis in morẽ caſtanee propter quod echineus eſt dictus. Greci aũt echinũ hirtũ vocãt ſpinas ꝓ pedibus habẽs: ingredi huic eſt in orbẽ volui. itaq3 detritis ſepe aculeis inuenitur. Nõ eſt autẽ is piſcis de quo cõmentarius ſuperior dicit ꝙ naues remoretur. vnde remora latine dicitur: ſ3 ille dicitur hec echineis huius echineidos huic echineidi hanc echineida ⁊c. ſic dictus eſt piſcis ꝙ naues retineat. Echin enĩ grece ſignificat tenere ⁊ nays dr nauis. De hoc piſce dicit Lucan⁹. In medijs

Oſtrea
Echini

echineis aquis ⁊c. Eſt echineis piſcis admodū paruus in petris viuens qui adherēs carinis naues retardat. qđ cōſtāti fide cū plinio multi alij tradūt. Quid dignū ſtolidis mētibus imprecer. Imprecari eſt cōtra voluntatē alteri⁹ ⁊ ſepe cōtra volūtatē ei⁹ vt aliqđ eueniat precari. Precaꝛ aūt hoc phia: vt ſic mortales ambiēt. i. cū ambitu accumulēt opes qꝫ ꝓ ⁊ honores: vt cū. i. poſtq̄ cōparauerint graui mole i. moleſtia vel magnitudine falſa ſup. bona. tū. i. tūc cognoſcāt vera bona iā contēnentes falſa.

¶ Proſa nona tertij libri.

Hactenus mēdacis formaꝫ felicitatis oſtēdiſſe ſufficiat: quaꝫ ſi perſpicaciter intueris ordo eſt deinceps que ſit vera monſtrare. Boe. Atq video inq̄: nec opibus ſufficiētiā nec regnis potentiam: nec reuerētiam dignitatibus nec celebritati gloriā: nec leticiam voluptatibus poſſe cōtingere. Ph. An etiaꝫ cauſas cur ita ſit deprehēdiſti. Boe. Tenui qdē veluti rimulam mihi videor intueri: ſꝫ ex te cognoſcere ap̄tius mali. Ph. Atq prōptiſſima rō eſt. ¶ Qđ enim ſimplex eſt indiuiſumqꝫ natura: id error humanus ſeparat: ⁊ ad vero atqꝫ pfecto ad falſum imperfectūqꝫ traducit. An tu arbitraris hoc qđ nihilo indigeat egere potētia. B. Minime inq̄. Ph. Recte tu qdē. Naꝫ ſi quid eſt quod in nulla re imbecillioris valentie ſit hoc preſidio neceſſe eſt egeat alieno. B. Ita eſt inq̄. Phi. Igitur ſufficientie potentieqꝫ vna eadēqꝫ eſt natura. Boe. ſic videtur. Ph. Quod vero hmōi ſit ſpernendū nō eſſe cēſes an cōtra rerum omnium veneratione digniſſimuꝫ. Boe. At hoc inq̄ nec dubitari quidē poteſt. Phi. Addamus igitur ſufficiētie potentieqꝫ reuerētiam. vt hec tria vnum eſſe iudicemus. Boe. Addamus ſiquideꝫ vera volumus cōfiteri. Phi. Quid igitur inqt obſcu

Hactenus mēdacis. Iſta ē nona proſa hui⁹ tertij libri in qua phia vult oſtēdere que ſit vera beatitudo. ⁊ primo cōtinuat dicta dicēdis. Scđo aſſignat cauſaꝫ falſe felicitatis. Tertio oñdit que ſit vera felicitas. ſcđa ibi. Qđ eni tertia ibi. Habes igiꝛ in quit ⁊ formā. Primo dicit Hactenus i. hucuſqꝫ. ſufficiat oſtendiſſe formā mēdacis felicitatis. i. falſe quā ſi perſpicaciter ītueris. i. ꝯſideres ordo ē. reſtat mōſtrare deinceps. i. poſtea que ſit vera ſup. felicitas ⁊ di. Boe. ego video nec opib⁹ ſufficiētiā poſſe contingere nec regnis potentiā: nec dignitatib⁹ reuerentiā: nec celebritati gloriā nec leticiā voluptatib⁹: que tñ videnꝛ ꝓmittere ⁊ ſic falſa felicitas eſt i eis ⁊ di. phia. Nūquid deprehēdiſti cās cur illud ita ſit. ⁊ di. Boe. ego videor ītueri. i. cognoſcere tenui rimula. q. d. nō plene ſꝫ imperfecte video illas cās ſed apertius cognoſcere malim. i. magis velim ex te ⁊ dicit phia. Atqui ꝓ certe rō. i. cā falſe felicitatis prōptiſſima eſt. ¶ No. ꝙ falſa felicitas dr mēdax eo ꝙ nō adimplet qđ ꝓmittit diuitie eni ꝓmittūt ſufficientiā dignitates reuerentiam quā nō cōferūt ſicut ptꝫ ex p̄dictis. ¶ No. ꝙ cognitio falſe felicitatis vtilis eſt. qꝛ cognitio mali expediēs eſt ad cautelam ſm Ala. in lib. anticlaudiano de planctu nature ⁊ ſcia qui malū non vitatur niſi cognitū. quia noticia mali ducit in cognitōe boni. p oppoſitū igiꝛ vult phia primo aſſignare cās falſe felicitatis. ⁊ tūc oſtēdere que ſit vera felicitas. ¶ Qđ eni ſimplex eſt hic phia aſſignat cāꝫ falſe felicitatis ⁊ declarās eā oñdit ꝙ ſufficiētia: potētia: reuerētia. gloria ⁊ letitia ſunt vnum in re. Secūdo oſtēdit quomodo homines iſta ſeparāt ab inuicē. ſecunda ibi. Hoc igiꝛ quod eſt vnū. Primo dicit qđ cauſa falſe felicitatis eſt ꝙ error human⁹ id quod eſt ſimplex qꝫ ꝓ ⁊ indiuiſum natura: ideſt de ſua natura ſeparat. i. diuidit: ⁊ error human⁹ traducit a vero bono ⁊ perfecto: ad falſum ⁊ ad imperfectū bonū. ⁊ tunc declarat iſtā cauſam oſtēdens ꝙ reuerētia ⁊ potētia ⁊ omnia alia ſunt vnū ⁊ idem in re ⁊ primo oſtēdit potentiā idē eſſe cū ſufficientia ⁊ dicit. An tu arbitraris illud qđ nihilo indigeat illud egere potentia ⁊ rñdit Boe. Minime inq̄. Phia probat di. Recte tu qdē rñdes: nā ſi quid eſt quod ſit vallētie imbecillioris. i. potētie debilis in vlla. i. in aliqua re neceſſe eſt eſſe qđ hoc egeat alieno preſidio. i. auxilio ⁊ dicit Boe. Iſta inq̄. Concludit ergo philoſophia di. Igiꝛ vna ⁊ eadeꝫ eſt natura ſufficientie: qꝫ pro ⁊ potentie. Et dicit Boe. Si videꝛ. Tunc oſtendit dignitatē eſſe eandē cū predictis dicēs. Quod vero hmōi eſt ſufficiēs ⁊ potens: nūquit illud cenſes. i. iudicas ſpernādū tanq̄ indignū: an cōtrario oīum rerū tēporaliū nō ſpernēdū: ſꝫ digniſſimū omni veneratiōe. rñdit Boe. Nō pōt dubitari. quin hoc ſit digniſſimū omni veneratione. Et phia. Addamus igiꝛ ſufficientie ⁊ potentie reuerentiā. ꝙ hec tria vnum iudicē. Et. di. Boe. Addamus ergo ſi volumus vera confiteri. ¶ Notandū ꝙ potentia idem eſt qđ ſufficiētia qđ enim aliquid omni modo ſit ſufficiens. ita ꝙ nullius egeat. Et ꝙ careat potentia contradictionem includit: quia ſi careret potentia reſpectu alicuius poſſibilis: non eſſet omnino ſibi ſufficiens. ¶ Notandum cuicūqꝫ ineſt ſumma ſufficientia: ⁊ ſumma potētia eidē ineſt.

Sanctus Thomas.

Cognitio falſi.

tentia eidē ineſt ⁊ ſumma reuerentia: inquantū enim aliquid hꝫ rōnem principij intantū eſt dignū reue rentia cū filij reuerenter patres.qꝛ ſunt principiū eſſe eorū ⁊ ſerui dn̄os.qꝛ ſunt principia ſeruorum in mandato mouētia eos ꝑ ſuperiū ⁊ reueremur viros virtuoſos.qꝛ ſunt principia gubernātia vitā poli⸗ ticā. Potentia aūt dicit rōnē principij. Ań illud eſt maxie principiū qđ eſt potentiſſimū.⁊ ideo reueren diſſimū. ¶ Quid igit̄ inquit. Hic oñdit predictis eſſe annexā gl'iam ⁊ leticiā dicēs. Quid vero cenſes i.iudicas illud quod eſt ſufficientiſſi mū potētiſſimū ⁊ iđ reuerēdiſſimuꝫ. eſt ne hoc obſcuꝝ ⁊ ignobile. vel eſt clariſſimū oī celebritate.i.gloria rn̄⸗ det Boe.ego cōfiteor illud eſſe cele⸗ berrimuꝫ.i.glorioſiſſimum ſicut eſt. Tunc philoſophia concludit dicens Conſequens eſt igitur vt fateamur claritudinem.ideſt gloriam nihil dif ferre a tribus ſuperioribus ⁊ dicit Boe.Conſequitur inq̄. Tūc oſtēdit idē de leticia di. Illud quod nullius alieni egeat.⁊ quod cuncta ſuis viri bus poſſit quod eſt reuerenduꝫ ⁊ cla rum.nōne hoc etiā cōſtat eſſe letiſſi⸗ mum. Reſpōdet Boe. Nō poſſum cogitare vnde tali vllus meror obre pat.i.intret.⁊ tunc ꝯcludit phia di. Si ſuperiora manebūt ſup.vera ne⸗ ceſſe eſt illud plenū eſſe leticie. ⁊ ꝑ ea dē conceſſa neceſſariū eſt eſſe nomi⸗ na diuerſa ſufficientie:potentie:clari tudinis reuerentie:⁊ iocunditatis:ſꝫ ſubſtantia eoꝝ nullo modo diſcrepa re quod concedens Boe.di. Neceſ⸗ ſe eſt inq̄. ¶ Notādū ꝙ omnes crea ture cōparantur ad deum ſicut effe⸗ ctus ad ſuam cauſaꝫ:⁊ qꝛ notitia cu iuſlibet cauſe relucet i ſuo effectu ne ceſſe eſt ipſius dei habere noticiaꝫ ꝑ effectum ad notitiā cū laude huius defect⁹ dei repn̄tet ipſuꝫ ſub rōne bo nitatis pfectiōis que eſt materia lau dis. Cū igit̄ ſit clara cū laude. noti⸗ tia neceſſe eſt principiū oīuꝫ rerū qđ eſt ſufficientiſſimū:potētiſſimū. reue rendiſſimū. etiā eſſe glorioſiſſimum. ¶ Notandum ꝙ ſufficiētiſſimo nul⸗ lū bonum deeſt ⁊ talis hꝫ appetituꝫ qetatū bono adepto:q eſt aūt appe⸗ tit⁹ in bono adepto.i.letitia.ergo bo nū ſufficiētiſſimū etiā eſt letiſſimum. No.ꝙ oīa iſta ſufficiētia potētia re⸗ uerētia.gloria ⁊ letitia ſunt vnū i ſub ſtantia:nō autē ſunt vnū in ſubſtātia ſicut aggregatū ex diuerſis reb⁹ tūc enim ibi eſſet cōpoſitio qđ repugnat potētiſſimo ⁊ digniſſimo eo qđ ſim⸗ pliciora digniora ſunt cōpoſitis.ſed de hoc poſtea meli⁹ patebit. ¶ No. igit̄ qđ eſt.hic philoſophia oſtēdit qualiter hoīes illud qđ eſt vnū diuidūt.ſcđo mouet dubitationē:ibi. Quid igit̄ inq̄.p̄io oſtēdit qūo hoīes diuidūt illud qđ eſt vnū ⁊ dicit.illud qđ eſt vnū:ꝗ pro ⁊ ſimplex natura ſup.illud diſpertit.i.diuidit prauitas humana.i.prau⁹ error hoīuꝫ querēdo vnū ſine alio. ⁊ duꝫ hoīes conant̄.i.laborāt adipiſci partē rei que partibus caret hō nec ꝓ nō aſſequitur vllā portionē.i.par tē.nec ipſam rem integrā quā affectat.⁊ querit Boe.quonāmodo diuidunt hoīes iſta di.philoſophia q petit.i.captat diuitias propter fugam penurie cauſa ſufficientie vel laborat de potentia ſed mauult.i. magis vult eſſe vilis.i.indignus ꝗ pro ⁊ obſcurus.i.inglorius ⁊ ita nihil curat de dignitate ⁊ gloria ta lis etiam ſubtrahit ſibi multas voluptates naturales ne amittat pecuniam quam parauit.i. lucratus eſt,ſed hoc modo nec ſufficientia contingit quem valentia ideſt potentia deſerit:quem modeſtia pungit

Sufficientiſſimus.

rū ne hoc atqꝫ ignobile cēſes eſſe. An oī cele britate clariſſimuꝫ. Cōſidera vero qđ nihilo īdigere qđ potentiſſimū.qđ honore digniſſi⸗ mū eſſe ꝯceſſuꝫ eſt egere claritudinē:quā ſibi ꝑſtare nō poſſit atqꝫ ob id aliqua ex parte vi deatur abiecti⁹. B. Nō poſſuꝫ īquā qui hoc vti ita ēt celeberrimū eſſe ꝯfiteor. Ph. Cōſe quēs igitur eſt claritudinē ſuperiorib⁹ trib⁹ nihil differre fateamur. Bo. Cōſeqtur inq̄. Ph. Qđ igitur nulli⁹ egeat alieni quod ſuis cūcta virib⁹ poſſit:qđ ſi claꝝ atqꝫ reuerendū. nōne hoc ēt ꝯſtat eſſe letiſſimū. Bo. Sꝫ vnde huic inq̄ tali meror vllus obrepat:nec cogi⸗ tare qdē poſſuꝫ. Quare plenū eē letitie ſiqdē ſupiora manebūt neceſſe eſt ꝯfiteri. P. Atq illud quoqꝫ ꝑ eadē neceſſariū ē ſufficiētie:po tētie.claritudinis: reuerentie:iocunditatis: noīa qdē eē diuerſa nullo vero mō diſcrepa⸗ re ſubſtātiā. Boe. Neceſſe eſt inq̄ hoc. P. ¶ Hoc igitur qđ ē vnū ſimplexqꝫ natura pra uitas hoīm diſptit:⁊ dū rei q̄ ꝑtib⁹ caret ꝑteꝫ conātur adipiſci:nec portionē q̄ nulla ē nec ip ſaꝫ quā minime affectat aſſeqtur. Boe. Quo nā modo inq̄. P. Qui diuitias inqt petit pe nurie fuga de potētia nihil laborat vilis ob⸗ ſcuruſqꝫ eē mauult multas ēt ſibi naturales quoqꝫ ſubtrahit voluptates ne pecuniā quā parauit amittat. Sꝫ hoc mō nec ſufficiētia q̄⸗ dē ꝯtingit ei quē valētia deſerit quē moleſtia pūgit queꝫ vtilitas abijcit. queꝫ recōdit ob⸗ ſcuritas. Qui vero ſolum poſſe deſiderat ꝓ⸗ fligat opes:deſpicit voluptates:honoremqꝫ

quem vtilitas.i.reuerētia abijcit quē obſcuritas.i.infamia recōdit.q.d.nō. Tunc oñdit de potētia idē dī. Qui vero ſolū deſiderat poſſe.i.potētiā ille pfligat.i.diſpgit opes deſpicit voluptates: q̄z p̄ 7 bono rē carētē potētia 7 nihilipēdit gloriā ſʒ videas ꝙ multa huc deficiūt. fit eñ aliqn vt talis egeat neceſſarijs vt mordeatur anxietatibus 7 cū nequeat hoc depellere etiā illud qđ maxime petebat deſiſtit eſſe potēs. Similiter lʒ rōcinari de alijs trib⁹.ſ.de honorib⁹ de gloria de voluptatib⁹ ſicut de p̄dictis duob⁹: nā cū vnū qđq̄z boꝝ pfecte acceptū ſit idē qđ cetera vt declaratū eſt: qſ qs petit aliquid boꝝ ſine ceteris nō apphēdit illđ qđ deſiderat.

potētia carentē: gloriamq̄z nihilipēdit. Sed huic quoq̄z q̄z multa deficiāt videas: fit enim aliquando vt neceſſarijs egeat. vt anxietatibus mordeatur. Cū q̄z hec depellere neq̄at etiā id qđ maxime petebat potens eſſe deſiſtat. Similiter rōcinari de honoribus gloria voluptatibus lʒ. Nam cum vnūquodq̄z boꝝ idem quod cetera ſit: quiſq̄s boꝝ aliquid ſine ceteris petit nec illud quidē qđ deſiderat apphendit. B. Quid igitur inq̄. P. Si quis cuncta ſimul cupiat adipiſci: ſum nam quidē beatitudinis vellet ſed non in his eam reperiret que demonſtrauimus: id quod pollicentur non poſſe conferre. Boe. Minime inq̄. Phia. In his igitur que ſingula quedam expetendoꝝ p̄ſtare creduntur beatitudo nullo modo inueſtigāda eſt. Bo. Fateor inq̄: 7 hoc nihil verius dici poteſt. Phi. Habes igitur īquit 7 formā falſe felicitatis: 7 cauſas deflecte nunc ī aduerſuʒ mētis intuitū ibi enim verā quam promiſim⁹ ſtatim videbis. Boe. Atqui hec inq̄ vel ceco perſpicua eſt cauſa q̄z tu pauloante mōſtraſti: dum falſe cauſas aperire conabaris. Nam niſi fallor ea vera eſt 7 perfecta felicitas: que ſufficientem potentē reuerendū celebrem letumq̄z pficiat. Atq̄z vt interius animaduertiſſe cognoſcas que vnuʒ boꝝ quoniam idē cuncta ſunt: ve-

Notā q̄ querit partē rei īdiuiſibilis parteʒ nō inueniet nec ipſaʒ rē cui⁹ pteʒ quererit q̄z in rerū natura īdiuiſibile partē nō hʒ cū igiť p̄dicta qnq̄z.i.ſufficientia reuerētia 7c. Ex pte rei ſunt vnuʒ 7 īdiuiſibilia lʒ differāt noīb⁹ q̄ quererit vnū ſine alio nō inueniet. Notā ꝙ iſta qnq̄z prout īueniūť in rebus ſenſibilib⁹ in q̄bus habenť eſſe ī modo īpfecto 7 diminuto ſic vnū inueniť ſine alio. inq̄tuʒ aūt accipiūt ſm eē pfectū 7 ſummū prout inueniť in btitudine: ſic ſunt idem īdiuiſibiliter 7 vnū nō inueniť ſine alio: q̄z ſūma ſufficientia eſt beatitudo. 7 ſic de alijs. Nota ꝙ hō naturaliter deſiderat beatitudinē: tñ vnūquodq̄z p̄dictoꝝ qnq̄z deſiderat ſm qđ ſpectat ad btitudinē hoc aūt eſt ſm pfectū inq̄tū eadē ſunt beatitudini. Et q̄z beatitudo cū ſit de⁹ eſt īdiuiſibilis. oīa qnq̄z predicta ſunt vnuʒ īdiuiſibiliter. Ex quo ptʒ ꝙ q̄z hoīes querūt iſta ſʒ qđ īpfecta inq̄tuʒ ſunt ī ſenſibilib⁹: 7 tñ deſiderāt ea ſm pfectionem: ideo hoīes nō aſſequunť p eū que deſiderāt. Quid igiť inq̄. Hic phia mouet dubitationē: q̄z dictum eſt iam ꝙ homo querēdo ſingulū boꝝ diuiſū ipſe fruſtrať beatitudine. Pōt ergo dubitari vtrum querendo oīa ſimul querať btitudo. Dicit ergo. B.i ſſa. Quid igiť inq̄.q.d.lʒ nō querať beatitudo querēdo vnūquodq̄z diuiſim. qđ igiť erit: ſi qs cūcta ſimul cupiat adipiſci: nunqđ ille ſic vellet ſummā beatitudinis: nunqđ eā ſcʒ beatitudinē reperiat in his bonis que demonſtrauimus nō poſſe ꝯferre quod pollicentur.i.pmittunt. Et rñdet Boe.

Minime inq̄. Concludit ergo phia dī. In his ergo nullo modo inueſtigāda eſt beatitudo que creduntur preſtare ſingula expetendorū.i.deſiderandoꝝ qđ Boe.cōcedit dicens. Qđ fateor affirmo inq̄ ita eſſe 7 nihil verius dici pōt. Notādū ſi aliqs querit oīa quinq̄z ſimul ille querit beatitudinē in vniuerſali: ſed errat in particulari querendo eā in iſtis tpibus bonis in quibus nō inuenitur: non enim ſumma ſufficientia nec potentia inuenitur in eis: 7 ſic patet ꝙ querens vnum illorum vel omnia ſimul: ſm quod inueniuntur in rebus ſenſibilibus cum habeant eſſe in eis modo imperfecto non cōſequitur beatitudinem querens autem vnum iſtoꝝ ſm eſſe perfectum cum omnia ſint vnū indiuiſibiliter: omnia querit: 7 querit beatitudineʒ. Habes igitur inquit. Poſtq̄ philoſophia aſſignauit cauſam falſe felicitatis. hic oſtendit que ſit vera felicitas. Secundo oſtendit in quo conſtituta ſit. Quoniaʒ igitur agnouiſti. Primo dicit phia. Habes ne igitur iam cauſas 7 formam falſe felicitatis nunc deflecte intuitum mentis tue in aduerſum.i.in contrarium falſe felicitatis. hoc eſt ad veraʒ felicitatem: ibi ſtatim videbis verā felicitatem quam promiſimus: 7 dicit Boe. Atqui pro certe vera beatitudo perſpicua.i.manifeſta ex dictis homini etiam ceco.q.d.tam manifeſta eſt vera beatitudo ex dictis ꝙ etiam ceco ſi aliquid poſſet videre pateret: q̄z pro 7 tu pauloante monſtraſti eam ſup. veram felicitatem dum conabaris aperire.i. declarare cauſas falſe felicitatis: 7 dī. Bo. nam niſi fallor ea eſt vera 7 perfecta felicitas que perficiat

Beatitudo

ſufficientē potentem ⁊ reuerendū celebrē ⁊ letū:vt etiā tu pħia cognoſcas me Boe. interius.i. plenius animaduertiſſe:que ſit vera felicitas ego ſine ambiguitate cognoſco hanc eſſe plenā beatitudinē:q̄ vnū horū ſcʒ p̄dictorū veraciter pōt p̄ſtare qm̄ idē cuncta ſunt ⁊ dicit pħia quaſi cōgratulando Bo. O alūne hac opinione te felicem cenſeo.i. iudico: ſi quidem hoc adieceris ſup. quod modo dicā. ⁊ dicit Boe. Quidnā dicaʒ. Dicit pħia. Putas ne aliquid eſſe in his rebus mortalibus ꝗ̄ pro ⁊ caducis.i. tranſitorijs qd̄ poſſit afferre.i. dare huiuſmodi ſtatū. Reſpondet Boe. Minime puto ⁊ illud oſtenſum eſt a te ⁊ nihil amplius deſideret beatitudine. Concludit ergo pħia di. hec igitur.ſ. ſufficiētia reuerētia ⁊c. q̄ in rebus caducis īueniūtur:vel ſunt ymagines i. ſimilitudines veri boni:⁊ videntur dare mortalibus quedā impfecta bona verū aūt ⁊ pfectū bonū conferre non poſſunt:⁊ dicit Boe. aſſentior inq̄. ¶ Nota ſufficiētia impfecta: que conſideratur in rebus tpalibus non eſt vera ſufficientia ſed tm̄ ſimilitudinaria ſufficientia autem perfecta includit omnia alia quattuor ⁊ ſingulum aliorum quattuor perfecte alia includit. ⁊ ideo illud qd̄ eſt vnuʒ perfectū dat oīa:ſed illud qd̄ dat oīa facit vere perfectū ergo di. Boe. illud qd̄ pōt veraciter vnū conferre illud cognoſco eſſe btitudinē. Item aſſentio eſt verbum deponētale: ⁊ idem ſignificat cū verbo neutrali qd̄ eſt aſſentio. ¶ Qm̄ igit̄ agnouiſti que vera. Hic oſtēdit pħia in quo vera felicitas ſit cōſtituta. ⁊ p̄io tangit ordinē huius ptis ad p̄cedētia:⁊ docet diuinū auxiliū eſſe implorandum vt cognoſcatur in quo ſit vera beatitudo. ſecundo inuocat diuinum auxiliū. tertio intendit in quo ſit illa vera beatitudo. ſcd̄a ibi. O qui perpetua. tertia ibi. Qm̄ igit̄. P̄io di. pħia. O Boe. qm̄ agnouiſti que ſit vera beatitudo ⁊ agnouiſti que mentiantur beatitudinem, nunc ſupereſt vt agnoſcas. vnde hanc veram beatitudinem petere poſſis ⁊ di. Boe. Illud Iamdudū a te vehementer expecto. ⁊ di. philoſophia. Cuʒ diuinū preſidium.i. auxilium in minimis rebus debeat implorari:vti pro ſicut placet Platoni noſtro in thimeo quid nunc cenſes faciendū ſup. in tam arduo negocio vt mereamur reperire ſedem illius ſummi boni. Reſpondet Boe. Inuocandū ſup. cenſeo patrem omniū reꝝ.ſ. deū ſine quo nullum exordium rite fundatur. qd̄ approbat philoſophia di. recte tu inquit cenſes:⁊ ſit ſine interuallo pħia. ita modulata eſt.i. propoſuit inuocationem dei metrica modulatione. ¶ Nota ꝙ in omnibus diuinum auxilium eſt implorandum:q2 deus eſt qui diuitias ſue ſapientie influit in animas ſapientium tribuit ſtudētibus gratiam cognoſcendi: cui nihil eſt difficile:⁊ ſine quo nihil poſſibile eſt poſſideri: ita ſcribitur in ca. de regimine principum:⁊ omne datum optimum:⁊ omne donū perfectum de ſurſuʒ eſt deſcendens a patre luminū: vt dicit alia ſcriptura. Et dicit Aug. nemo tā eruditus:nemo tam doctus quin ſuperna illuſtratione nō indigeat. Et beatus Greg. Niſi intus ſit qui doceat inanū lingua doctoris laborat ideo pħia volens oſtendere in quo ſit vera beatitudo inuocat diuinū auxiliuʒ quo p̄termiſſo nullū rite fundat̄ exordiū.

raciter p̄ſtare pōt hanc eſſe plenaʒ beatitudinē ſine ambiguitate cognoſco. Ph. O te alūne hac opinione felicē cenſeo:ſi qdē hoc īquit adieceris. Boe. Quidnaʒ inq̄. Ph. Eſſe ne aliqd i his mortalibus caduciſqʒ reb⁹ putas: qd̄ hmōi ſtatū poſſit afferre. Boe. Minime inq̄ puto atqʒ a te nihil vt amplius deſideretur oſtēſuʒ eſt. Ph. Hec igitur vel ymagines veri boni vel iperfecta q̄dam dare bona mortalibus vidētur veꝝ aūt atqʒ pfectum bonuʒ ɔferre nō poſſunt. Boe. aſſentior inq̄. Ph. ¶ Quoniam igitur agnouiſti q̄ vera illa ſit. q̄ autē beatitudinē mētiantur tūc ſupeſt. vt vnde verā hāc petere poſſis agnoſcas. Bo. Id qdaʒ inq̄ iamdudū vehemēter expecto. P. Sʒ cuʒ vti i thimeo platoni inquit noſtro placet i minimis quoqʒ rebus diuinū p̄ſidium debeat iplorari qd nūc faciēduʒ cēſes vt illi⁹ ſummi boni ſedē reperire mereamur. Boe. Inuocanduʒ inq̄ reꝝ oīum patreʒ quo p̄termiſſo nullum rite fundatur exordium. Phi. Recte inquit ac ſimul ita modulata eſt.

¶ Aſcenſius.

Nota Contingit.

Hactenus mēdacis ⁊c. Poſſe cōtingere. Cōtingit inqt Donatus ꝙ cū difficultate euenit. Si ergo felicitas ēt difficulter cū talibus bonis euenire nulli pōt conſequēs eſt vt nō ſint ſumma bona. Ad hoc inq̄ ne dubitari quidē pōt. Ordo eſt. At ꝓ ſʒ inq̄.i. dico hoc ne dubitari qdē pōt. Itaqʒ libētius legere. N ꝗ̄ ad lʒ poſſet cōſtrui:vt ſi dubitari ad hoc. Inq̄ etiā quia verbū eſt deberet plene ſcribi nō ſic inq̄. Ne dubitari quidem melius dici puto ꝗ̄ nec dubitari quidē. Legendum preterea eſt circa medium quem moleſtia pungit non quem modeſtia. Item quem vtilitas abijcit non quem vtilitas ſicut ſcriptum reperi: ⁊ expoſitum vtilitas:ideſt reuerentia:cum ſit vtilitas.i. irreuerentia ac deſpectio ex paruitate precij eius. Sed huic ꝗ̄ multa.i. ꝗ̄ tum multa deficiant. Cunqʒ hec depellere:ordo eſt ⁊ cum nequeat hec depellere deſiſtat etiā id quod maxime patebat ſcilʒ deſiſtat eſſe potens. Quid igitur inq̄:exponi poteſt vt ſit quid igitur vis

dicam. Addit phia ſi quis ⁊c. Item ante finem ſiquidem hoc inquit adieceris. Duo notabis ſi quidem duas eſſe dictiones ⁊ adieceris nõ abieceris eſſe legendum. Ordo enim eſt ego cenſeo te hac opi. felicẽ quidem. i. certe ſi addideris. i. adieceris hoc. i. hanc ſententiã ſequentem. Alunus eſt tam qui alit ꝙ qui alitur licet quidã magni contradicant. Aſſentior inꝙ aſſentio actiue: ⁊ aſſentior deponentaliter pro eo dem leges. ſed aſſentior aſſentaris magis ad adulationẽ accedit. Unde aſſentator dictus. Iãduduꝫ n te expecto. Dudũ modicũ tp̃s ſignificat ſm tñ rei gerende proportionẽ. quãdo autẽ particula iaꝫ prepo nitur tunc debet eſſe perſiſtentia ⁊ cõtinuatio in ipſa actiõe verbi cui additur. Non ergo vt docet. Ual la recte dixeris iamdudũ intraui nauẽ: q2 iam non intras ſed recte dictũ eſſet: iamdudum te expecto ⁊ dudũ. i. paulo ante te expectaui. Sic etiã hic iamdudũ. i. iã ab eo tẽpore quo falſaꝫ felicitatẽ in his iã di ctis oſtẽdiſti: expecto vehemẽter cognoſcere verã. Inuocandũ inꝙ rerũ oĩuꝫ partẽ. Aliter ſentiũt poete qui tũc tñ inuocãt qñ humanis opibus ⁊ humano igenio res peragi nõ poſſet ſine miraculo nouo. Uñ Horatius in de arte. Nec deus interſit niſi dignus vindice nodus inciderit. Uerũ q2 ea que ex natura habemus: etiã a deo accepimus. ideo in oĩbus inuocandũ eſt diuinũ auxiliũ. ſed maxime tunc qñ ad cõ mune bonũ aut ſane magnũ intẽdimus.

Alumnus
Aſſentio.
Aſſentior.
Aſſentor.
Iandudum.

¶ Metrum nonum libri tertij.

O Qui ꝑpetua mũdũ rõne gubernas
Terraꝝ celiqꝫ ſator: q tp̃us ab euo
Ire iubes ſtabiliſqꝫ manens das
cuncta moueri
¶ Quẽ non externe pepulerũt fingere cauſe
Materie fluitantis opus verꝝ inſita ſummi
Forma boni liuore carens tu cuncta ſuperno

¶ Metrum nonum libri tertij.

ueſtigando donec ſurgat.i.eleuetur in domos aſtriferas.i.orbem planetarum: ⁊ coniungat vias ſuas phebo.i.ſoli: inueſtigando ꝙ ſol non eſt deus: donec comitetur iter gelidi ſenis.i.ſaturni qui eſt ſupra ſolem mens inqꝫ exiſtens miles choruſci ſyderis.i.dei qui eſt ſplendidum ſydus: ⁊ vlterius aſcendit ſupra orbes planetarum donec recurrat.i.pertranſeat circulum aſtri.i.celum ſtellarum quo ſcilicet aſtro pingitur idest ornatur micans nox: quia nox ſtellis firmamenti illuminatur vbi ideſt poſtqꝫ ſatis fuerit exhauſtum.i. ſpeculatione euacuatū ꝙ nulla ſtellarum eſt deus mens vlterius tranſcendit: donec relinquat extremum polum.i.vltimum celum: ꝙ pro ⁊ premat dorſa velocis etheris.i.firmamenti.ſ.compos.i. potēs verēdi luminis ſcilicet dei hic ſupra vltimum polum dominus regum tenet ſceptrum .i. imperium ⁊ temperat.i.moderatur habenas.i.regimina orbis ⁊ ſup.manens ſtabilis in ſe regit volucrem.i.velocem currum.i. circularem motum corporum celeſtium: deus exiſtens choruſcus arbiter.i.ſplendidus iudex rerūꝫ. ¶ Notandum ꝙ dicit ignem calere motu celi ex quo videtur ꝙ calor non ſit ꝓpria ⁊ per ſe qualitas ignis cum ſibi debeatur per motum celi. Sed dicēdum ꝙ locus non ſolum eſt cauſa cōſeruatiua locati ſed omnium accidentium naturaliter conſequentiūꝫ. vnde quia celūꝫ non ſolum eſt locus ignis ſed etiam ipſius caloris ignēꝫ conſequentis: ⁊ quia propria diſpoſitio celi ſecundum quam habet caliditatēꝫ ſuper omnia eſt motus eius: ideo dicit ignē calere motu celi. non excludens per hoc quin calor per ſe ſit qualitas ignis. ¶ Notandum ꝙ ſaturnum vocat gelidum ſenem non ꝙ ſit gelidus formaliter: ſed effectiue. Eſt enim effectiuus gelu ⁊ frigoris ⁊ dicitur ſenes: quia motus eius tardus eſt admodum ſenis nam curſum ſuum complet pluri tempore qꝫ ſol vel luna. Huc te ſi reducēꝫ. Hic oſtendit pħia quid mens iudicabit cū tranſcēdit creaturas ⁊ peruenit in cognitionē dei dicens. omnes ſi via referat.i.reducat te reducem.i.reuertentem a temporalibus huc.i.ad cognitionem dei quā viam nunc immemor requiris. tu dices. Ego memini que obnubilata fui affectu temporaliū. Hic ſcꝫ in contemplatione dei eſt mihi patria hinc.ſ.a deo eſt ortus: qr ad eius ymaginem creatus. Hic ſiſtaꝫ.i. in cōtemplatione dei figam gradum.i.ponam finalem quietem. Quod ſi placeat tibi exiſtenti in cognitione dei viſere.i.cum deſiderio videre noctem terrarū relictam: tu cernes.i.videbis toruos tyrannos.i.crudeles principes quos miſeri populi timent illos toruos eſſe exules a vera patria ſua. ¶ Notanduꝫ ſm apoſtolū. Non habemus hic manentē patriā: ſed futurā inquirimus hec ei eſt vera patria a qua aīa rōnalis per creatorē in deo exiuit ad quā ſi reuertat etiā qđ a deo accepit affectionē terrenorū deturbata ꝓrſus amittit propter qđ di. in. iij. metro tertij libri. Repetūt ꝓprios queqꝫ recurſus. Reditu ſuo ſingula gaudent. Nec manet vlli traditus ordo. Niſi qđ fini iunxerit ortū. Stabilemqꝫ ſui fecit orbem.

Calor ignis.

¶ Aſcenſius.

Nota

Sunt etenim penne volucres mihi. Carmen hoc eſt dicolon diſtrophon. cuius primum membrum: ideſt primum quodqꝫ carmen eſt alemanicum ab inuentore dactilicum a pede predominante tetrametrum a quattuor pedum menſura: quorum primus: ⁊ duo vltimi fere ſunt dactili: ſecundus ſpondeus: licet primus etiam ſpondeus eſſe poſſit: et eſt acataleticum quia nihil deeſt neqꝫ abundat. Secundum eſt archilochium: ab inuentore: dimetrum a menſura peduꝫ: quia due ſunt menſure numerando binos pedes pro menſura. Jambicum a pede predominante quia ſecundus ⁊ quartus fere ſunt iambi. reliqui ſpondei eſſe poſſunt ſed etiam iambi ⁊ eſt etiam acatalectiū. Jn hoc autē carmine ſane diſerto nihil ambiguitatis puto dicens cū diuo Auguſtino nihil alaꝫ humanā preter deū poſſe explere itaqꝫ ille ſolus ⁊ potiſſimū requirēdus eſt. Polū extimū.i. remotiſſimū a nobis, ſicut e diuerſo, Cicero globū lune citimū, i. proximū nobis inter planetas vocat dicitur aūt ab

extra exterior extimus ⁊ a citra citerior citimus. Redux reducis media correpta ſicut dux ducis pri- Redux.
mam corripit: eſt qui vel que reducitur radius qui vel que reducit. Patria non eſt idem quod regio: ſed Patria.
ſinus cuiuſqꝫ natiuus locus. Viſere non eſt cum deſiderio videre: ſed ad videndum ire vt Valla docet.
Toruos truces: ⁊ feroces tractum a taurina fronte que torua fere eſt.

¶ Proſa ſecunda quarti libri.

¶ Proſa ſecunda quarti libri.

Tum ego pape inq̃ vt magna promittis. Nec dubito quin poſſis efficere: tu modo quez excitaueris ne moreris. Philoſo. Primum igitur inqt bonis ſemp̄ adeſſe potētiā malos cūctis virib⁹ eſſe deſertos agnoſcas licebit quorum idem alterum demonſtratur ex altero. Nam cum bonum malumqꝫ contraria ſint: ſi bonum potens eſſe conſtiterit. liquet imbecillitas mali: at ſi fragilitas: clareſcat mali. boni firmitas nota eſt: ſed vti noſtre ſentētie fides abundantior ſit alterutro calle procedā nunc hinc nunc inde propoſita confirmans. ¶ Duo ſunt quibus omnis humanoꝝ actuū cōſtat effectus voluntas ſcilicet ac poteſtas quorum ſi alterum deſit nihil eſt quod explicari queat deficiente enim voluntate nec aggreditur quidem quiſqꝫ quod non vult at ſi poteſtas abſit voluntas fruſtra ſit quo fit vt ſi quem videas velle adipiſci quod minime adipiſcatur huic obtinendi quod voluerit defuiſſe valentiam dubitare non poſſis. Boet. Perſpicuum eſt inq̃ nec vllo modo negari poteſt. P. Quem vero effeciſſe qd̄ voluerit videas. num etiam potuiſſe dubitabis. Bo. Minime. Phi. Quod vero quiſqꝫ pōt in eo validus quod vero nō poteſt in hoc imbecillis eſſe cenſendus eſt. Boe. Fateor: inq̃. Phil.

Tum ego pape inq̃. Hic incipit ſcđa proſa hui⁹ quarti. Circa quaz ſciendum ꝙ phia in p̄io lib. ſecta pſa inueſtigando cauſam radicē infirmitatis Boe. cognouit ꝙ Boe. ex ignorantia finis rerū malos hoīes potētes: bonos vero impotētes putabat. Item ꝙ ignorabat quibuſdaz gubernaculis mūdus regatur fortuitaruz rerū vices eſtimabat fluitare ſine rectore. qr vero phi. iam oſtendit quid ſit finis rerum a quibus gubernaculis mūdus regatur. Nūc phia vult adhibere Boe. perfectam curam remouēdo dolores in quos Boe. incidit ex ignorātia rerum premiſſarum Et primo Boe. hoc petit ⁊ phi. ſecūdo illud proſequitur ibi. Primuz igitur dicit primo. Tum igitur ſcz finito ſermone phie. Ego Boe. inq̃ Pape eſt admirantis. O phia tu promittis nec dubito quin poſſis efficere. i. in effectū producere. tu modo ne moreris. i. non protrahas me quem excitaueris. ſcz ad audiendum. ¶ Notandum ꝙ ſapiens nihil promittit quod adimplere non poſſit: qr opus ſapientis eſt non mentiri: ergo dicit Boet. philoſophie. Sicut magnas promittis non dubito quin efficere poſſis. ¶ Primum igitur inqt. Hic philoſophia proſequitur intentum: ⁊ primo probat bonos ſemper eſſe potentes: ⁊ malos impotentes: cuius oppoſitum putabat Boe. ⁊ tangit primo modum per quez vult hoc oſtendere. Secundo oſtendit ⁊ probat intentum ſuum rationibus ibi. Duo ſunt. Primo dicit O boeti. Primum licebit: vt agnoſcas bonis ſemper adeſſe potentiaz ⁊ malos eſſe deſertos. i. priuatos cunctis viribus. quorum alterum. ſcilicet bonis ſemper adeſſe potentiā demonſtrat ex altero ſcz ex hoc ꝙ mali ſunt virib⁹ deſerti. ⁊ huius cauſam ſubdit dicens. Nam cum bonū ⁊ malū ſunt contraria: ſi bonum eſſe potens cōſtiterit: liquet. i. manifeſta fuerit imbecillitas. i. impotentia mali at ſi fragilitas clareſcat mali. firmitas boni nota eſt. Sed vti pro ſicut abundantior ſit fides noſtre ſententie alterutro calle. i. vtraqꝫ via procedā cōfirmans propoſita nunc hinc. ſ. ex firmitate boni. nunc inde ex fragilitate mali. ¶ Notan. ꝙ phia dictum ſuum probat: ꝙ ſi boni ſunt potentes mali ſunt impotentes fundat ſuper conſiderationē topicā ſi propoſitum in propoſito: ⁊ oppoſitum in oppoſito: vt ſi ſanitas eſt bona: egritudo eſt mala. Dicit ꝙ velit procedere vtraqꝫ via ex potentia bonorum probando impotentiam malorum ⁊ ex impotentia malorum potentiā bonoꝝ: qr ſi tantū vnum iſtoꝝ probaret. ⁊ ex hoc reliquū concluderet per locū a contrariȷ̄s eſſet argumentū veriſimile ⁊ non neceſſarium: ⁊ ideo vtranqꝫ partem vult probare ⁊ ex vtraqꝫ reliquum concludere. ¶ Duo ſunt quibus omnis humanorum actuum conſtat effectus. Hic phia probat intentū rōnibus. Scđo cōcludit quandam dubitationem ibi. Sed poſſunt. Tertio cōfirmat pͥcipale intentuz authoritate Platonis ibi. Ex quibus omnibus. Primo probat bonos ſemper eſſe potentes malos impotentes duabus rōnibus. Secundo ad idem oſtendendum coacernat breues rōnes ibi. Sed

qm̃ te pria in duo ſm duas rõnes. Scḋa ibi. Rurſus inqt. Prio p̃mittit duo neceſſaria ad primã rõnẽ Scḋo ex his arguit ibi. Oẽs igitur hoies. Prio p̃mittit vnũ neceſſariũ. Scḋo aliud ibi. Meminiſti igitur. Prio dicit duo ſunt pricipia qb⁹ ↄſtat.i. pmanet oĩs effect⁹ humanoꝝ actuũ.i. volũtas ac ꝑ ⁊ ptãs quoꝝ ſi alteꝝ deſit nihil eſt qḋ queat effectu explicari.i. fieri qḋ declarat: deficiẽte eñi volũtate null⁹ effect⁹ ꝑducit̃ q: null⁹ aggredit̃ qḋ nõ vult: ac ſi ptãs abſit volũtas fruſtra fit quo fit.i. ex quo ſequit̃ vt ſi videas quẽ.i. aliquẽ velle adipiſci qḋ minime adipiſcat̃ nõ poſſis dubitare huic defuiſſe valentiã.i. potentiaꝫ obtinẽdi qḋ voluerit ⁊ ideo di. Bo. ꝑſpicuum eſt nec vllo modo negari põt ⁊ ſubdit phia. Quẽ vero videas effeciſſe qḋ voluerit nũ.i. nũqt.q.d. nõ dubitabis eñi lꝫ potuiſſe non habuiſſe potentiã. Et di. Boe. Minime Tunc phia ↄcludit tanq̃ manifeſtũ: ex dictis dicens. Illud quod quiſqꝫ põt in eo eſt validus.i. potens. qḋ vero non põt in hoc eſt cẽſendus.i. indicãdus imbecillis.i. impotẽs eſſe ⁊ di. Boe. Fateor inq̃. ❡ No. ꝙ phia dicit nullus aggreditur qḋ nõ vult. Cõtra aliquis nolẽs interficit hoieꝫ vel ledit hominẽ: ergo aliqs aggreditur qḋ non vult. Item aliqs cogit̃ facere aliqḋ cõtra voluntatẽ ſuã: ⁊ ſic aggredit̃ quod non vult Dicit̃ phia loquit̃ hic de effectu ſpontaneo qui ex intẽtione ꝓcedit non de eo q caſu cõtingit. vnde dicendũ ad primũ ꝙ volũtas põt cõparari vel ad ipſam actionẽ quã aliquis primo aggredit̃ ⁊ ſic nõ deficit volũtas vel põt cõparari ad ↄñs illã actioneꝫ ⁊ ſic poteſt deficere voluntas: vt ſi aliqs nolens hominẽ interficere interficit. Ad ſecundũ dicẽdũ illud quod qs coact⁹ facit eſt voluntariũ mixtũ: tamẽ ſimpliciter eſt inuoluntariuꝫ aliqs enim coactus magis vult hoc facere q̃ ſuſtinere penam vel perdere vitam: ⁊ ita reſpectu talis defectus non deeſt voluntas: ſed q̃tum ad actum interioreꝫ voluntas ſemper libera eſt ⁊ cogi non poteſt. ❡ Meminiſti igitur inquit. Hic phia premittit ſecundũ vtile ad rationẽ. ⁊ eſt reſumpto quorundã prius dictorũ dicens Meminiſti ne eſſe collectum.i. concluſum ſuperioribus rõnibus omnẽ intentionẽ humane voluntatis eſtimare.i. tendere ad beatitudinẽ que voluntas agitur.i. dicitur in diuerſis ſtudijs. Reſpondet Boe. Memini inq̃ illud eſſe monſtratum. Item querit phia. Nunquid recordaris beatitudinẽ eſſe ipſum bonũ: ⁊ pro ⁊ eo modo deſiderari bonũ ab omnibus cum beatitudo petitur.i. deſideratur. Reſpondet Boet. Minime recordor: qm̃

Recordari, quia illud teneo fixum.i. ſtabilitũ memorie. ❡ Notandũ ꝙ recordari eſt aliquid reducere ad memoriã quod per obliuionẽ eſt elapſum a memoria: ⁊ q: beatitudinẽ eſſe ipſum ſummum bonũ non exciderat a mente Boe. ſemper remanebat in habitu: ideo dicit ſe non recordari de hoc. ſed in memoria tanq̃ fixuꝫ tenere. ❡ Omnes igitur homines. Hic phia arguit ex dictis probans bonos eſſe potentes ⁊ malos impotẽtes tali rõne. Quicũqꝫ adipiſcũtur qḋ volunt ſunt potentes ⁊ q non adipiſcũtur qḋ volũt ſunt impotentes ex primo preambulo. ſed boni adipiſcuntur quod volunt ſcilicet ſummum bonum: mali licet velint non adipiſcuntur ipſum: quia ſi mali adipiſcerentur ſummum bonum non eſſent mali: ergo boni ſunt potentes mali impotentes. vnde dicit in littera. Omnes homines boni pariter ⁊ mali nituntur peruenire ad bonum indiſcreta intentione.i. indiuiſa intentione. di. Boeti. itaq̃ inq̃ conſequens eſt. Subdit phia. Certum eſt bonos fieri adeptione boni. Certum eſt di. Boet. Igitur concludit phia boni adipiſcuntur quod appetunt.i. volunt. Dicit Boe. ſic videtur. Et dicit phia. ſi mali adipiſcerentur bonum quod appetunt non poſſent eſſe mali. ita eſt dicit boe. igitur concludit phia. Cum vtriq̃. petant bonũ ſi hi ſcꝫ boni illud adipiſcãtur: illi vero mali minime non eſt dubiũ bonos eſſe potẽtes: qui vero mali ſunt imbecilles.i. impotentes. Reſpõdet Boe. Quiſquis.i. quicũq̃ dubitat de hoc nõ poteſt cõſiderare naturam rerum nec conſequentiã rõnum. ❡ Notandũ ꝙ veritas propoſitionũ fundatur ſuper naturã rerum quã qui negat veritatẽ propoſitionũ non põt cõſiderare cõſequentiã rõnum. q: cõſequẽtia rõnum ſupra veritatẽ propoſitionũ fundatur: ideo dicit boe. Qui dubitat de premiſſis nõ põt cõſiderare naturam rerũ nec cõſequentiã rõnum. ❡ Rurſus inquit. Hic phia ponit ſecundã rõneꝫ dicẽs. Si ſunt duo

❡ Meminiſti igitur inqt ſuperioribus rõnibus cẽ collectũ itentionẽ oẽm volũtatis humane q̃ diuerſis ſtudijs agitur ad btitudineꝫ feſtinare. B. Memini inq̃ id quoqꝫ demõſtratuꝫ. P. Nũ recordaris btitudinẽ ipm eſſe bonũ: eoqꝫ modo cum btitudo petitur ab oib⁹ deſiderari bonum. Bo. Minime inq̃ recordor: quoniã id memorie fixuꝫ teneo. Ph. ❡ Oẽs igitur hoies boni pariter: ac mali idiſcrete intentione ad bonuꝫ ꝑuenire nituntur. B. Ita qꝫ inq̃ ↄſequens eſt. P. Sed certuꝫ eſt adeptione boni fieri bonos. Boe. Certum. P. Adipiſcuntur igitur boni qḋ appetunt. Bo. Sic videtur. P. Mali vero ſi adipiſcerentur qḋ appetijt bonuꝫ mali eſſe nõ poſſent. Bo. Ita eſt. P. Cum igitur vtriqꝫ bonum petãt ſi hi quideꝫ adipiſcãtur illi vero minime non dubiuꝫ eſt bonos quidem potentes eſſe: qui vero mali ſunt imbecilles. Boe. quiſquis inq̃ dubitat nec rerum naturã nec conſequentiã poteſt ↄſiderare rationuꝫ. P. ❡ Rurſus

quibus ſit idem ꝓpoſitum.i.eadem intentio faciendi aliquid ſm naturã. ⁊ vnus eoꝝ agat idipſum ⁊ ꝑficiat ipſum naturali officio.i.naturali organo:alteri vero minime queat adminiſtrare:ideſt adimplere illud officium nature vero pro ſed alio modo:q̃ꝫ naturale ꝯuenit:nõ impleat propoſitum: ſed imitetur implentem.quem hoꝝum duorũ decernis.i.iudicas eſſe valentiorem:ideſt potentiorem di.Boe.⁊ ſi pro quãuis cõiecto ideſt conſidero quid velis:tamen ego deſidero plenius audire de te. Tũc philoſophia declarat ſibi in exẽplo dicẽs.Nuꝫ.i. nõ negabis motũ ambulãdi homini bus in eſſe ſm naturã di.Bo.Minime inq̃ꝫ. Et phia etiã nõ dubitas eiꝰ rei.i. actus ambulandi eſſe officium naturale pedum di.Boe.nec ego dubito.Et philoſophia.Si quis igitur ambulet valens incedere pedibꝰ.aliꝰ autẽ cui hoc officium deſit manibus nitens.i.laborãs ambulare conetur quis hoꝝum poteſt exiſtimare valentior di.Boe.cõtexe cetera.q.d.ꝓcede in ratione tua quia nullus ambigit qui potens naturalis officij ſit valentior eo q nequeat.i. nõ põt in ideꝫ officiũ.Tũc philoſophia iſti propoſitioni p̄miſſe tanq̃ꝫ maiori adiũgit vnã minorẽ di.Sed ſummum bonũ qđ eque bonis ⁊ malis eſt propoſitũ: boni quidẽ petunt:ideſt adipiſcũtur officio naturali ſcilicet virtute:mali vero conant̃ adipiſci ipſum ꝑ variã cupiditateꝫ rerũ tẽporaliũ qđ nõ eſt officiũ naturale adipiſcẽdi boni.An tu.Boet.exiſtimas aliter.Cui Boe. Minime inq̃ꝫ.⁊ Boe.quaſi p̄currendo cõcludit principale intentũ dicit. Nã etiã illud qđ eſt ꝯñs pꝫ mihi.ex his eñ que cõceſſerim neceſſe eſt bonos eſſe potẽtes.malos vero imbecilles.i.impotẽtes.Et philoſophia applaudẽs Boe.di.Recte inq̃t p̄currís:⁊ illud eſt ſignum ſicut medici ſolent ſperare iudiciũ.i.ſignũ erecte nature ⁊ nature reſiſtẽtis ſup.ipſi moꝛbo. ¶ Notandũ ꝙ ex iſta formatur talis ratio q̃ñ duo intẽdunt aliquod ꝓpoſitum naturale qđ id propoſitum cõſequitur officio naturali eſt potẽs: ⁊ quod nõ ſequitur illud propoſituꝫ naturale eſt impotens: ſed tam boni q̃ꝫ mali naturaliter tendunt ad beatitudineꝫ ⁊ boni ipſuꝫ cõſequunt̃ naturali officio ſcꝫ virtute.mali aũt nõ ergo boni ſunt potẽtes mali vero im

inq̃t ſi duo ſint quibꝰ idẽ ſcđm naturã ꝓpoſitũ ſit eoꝛũq3 vnꝰ naturali officio idipꝫ agat atq3 ꝑficiat altero vero naturale illud officiuꝫ minime adminiſtrare queat.alio vero mõ q̃ꝫ nature ꝯuenit nõ quidẽ ĩpleat ꝓpoſitum ſuum: ſed imitetur implentẽ quẽ nã hoꝝ valentiorẽ eſſe decernis. Bo. Et ſi cõiecto inq̃ꝫ quid velis pleniꝰ tamẽ audire deſidero. Ph. Ambulãdi inquit motum ſcđm naturam eſſe hoĩbus nuꝫ negabis: Bo. Minime inq̃ꝫ. Ph. Eiuſq3 rei pedum officiũ eſſe naturale non dubitas. Boe. Nec hoc quidẽ inq̃ꝫ. Ph. Si igitur pedibꝰ ĩcedere valens ambulet:aliuſq3 cui hoc naturale pedum deſit officiũ manibꝰ nitens: ambulare conetur qs iure hoꝝ valẽtioꝛ exiſtimari põt. Bo. Cõtexe inq̃ꝫ cetera: nã q naturalis officij potens eo q idem nequeat valentioꝛ ſit nullus ambigat. Phi. Sed ſummum bonum quidem eque malis boniſq3 propoſitum boni quidem naturali officio virtutũ petunt.mali vero variam per cupiditatem qđ adipiſcendi boni naturale officium non eſt id ipſum conantur adipiſci. An tu aliter exiſtimas. Boe. Minime inq̃ꝫ. Nam etiam quod eſt conſequens patet. Ex his enim que conceſſerim bonos quidem potentes:malos vero eſſe neceſſe eſt imbecilles. Ph. Recte inquit p̄curris. Idq3 vtĩ in edici ſperare ſolent iudiciũ eſt erecte iaꝫ reſiſtentiſq3 nature

potẽtes. ¶ Notandum circa vltimũ ꝙ medici ſolent accipere ſigna p̄noſtica ſanitatis ex egro quando pariens erigit ſe ⁊ ꝑ ſe nititur fortioꝛi remedio.ſic in Boetio ſignum erat conualeſcentie ⁊ ſanitatis ꝙ ipſe rõnem philoſophie remediantẽ quaſi p̄currens per ſe compleuit. ¶ Sed q̃ñ te. Hic phia coaceruat quaſdam alias rationes breues ad propoſitum oſtendẽdum ⁊ ſunt quattuoꝛ rõnes. Scđa ibi Conſidera vero.tertia ibi.In qua re.quarta ibi.Cur enim.Primo di. Sed quoniam te conſpicio promptiſſimum ad intelligendum.ego coaceruabo.i.cõponã crebꝛas rõnes.vides eñ quanta pateat infirmitas vitioſoꝛum hominum qui nec ad hoc queunt peruenire ad quod ducit ⁊ competit eos naturalis intentio: ⁊ quid eſſet de iſtis malis cenſendum ſi desererentur hoc auxilio nature p̄euntis tam magno ac pene inuicto. quaſi dicat nihil aliud cenſendum eſt:niſi quod impotentie eoꝛum hic aſcriberentur. ¶ Notandum quod tam boni q̃ꝫ mali vniuerſaliter tendunt ad bonum:⁊ mali deficiunt ab eo quod competit eis ſecundum naturam. Ex hoc arguitur ſic. Maxima impotentia eſt deficere ab eo quo natura tendit ſed hoc faciunt mali: ergo mali ſunt impotentes. ¶ Notandum ꝙ dicit pene inuicto ꝙ appetitus naturalis boni non habet contrarium repugnans quo vincatur: ſed tamen per ignoꝛantiam et erroꝛem vitioꝛum peruertitur:⁊ ita aliquo modo vincitur, licet non directe. ¶ Conſidera vero quanta

Medici.

Hic pħia ponit ſcđam rōnē. ⁊ di. Conſidera ex his que dicā quāta impotētia habeat ſceleratos hoīes. Neqꝫ eñ petūt premia leuia ⁊ ludicra. i. iocoſa que cōſeq atqꝫ obtinere nō poſſunt. i. nequeūt ſꝫ ipſi deficiūt circa ipſarꝝ rerū ſummā. i. pfectionē atqꝫ verticē. Nec cōtingit ipſis miſeris effect⁹ boni in eo. i. ꝓpter hoc ꝙ ipſi moliunť. i. laborāt acqrere dies: qꝫ pro ⁊ noctes. i. tranſitoria ⁊ tpalia bona. ℂ No. ex iſta formať talis rō q̃to magis eſt illud a quo aliqs deficit, tanto maior eſt ſu⁹ defect⁹ ⁊ in maiorē impotētiā cadit ſed illud a quo mali deficiūt nō eſt quid vile ⁊ modicuꝫ: ſꝫ eſt ſummū bonū: ergo maloꝝ maxima ē impotētia. ℂ In qua re bonoꝝ. Hic pħia ponit tertiā rōnē probando bonos maxime eſſe potētes ptractādo exēplū ſupra poſitū: ⁊ ex hoc ꝯcludit malos maxime eſſe impotētes ⁊ di. I qua re. ſ. aſſuetudine boni deſiderati eminēt vires bonorū ſup. ⁊ vires malorū. Sicut eñ cēſeres. i. iudicares eſſe ambulādi potētiſſimuꝫ q pedib⁹ incedēs potuiſſet puenire vſqꝫ ad eū locū quo vlterius nihil peruiū. i. manifeſtū iaceret inceſſui ita neceſſe ē ꝙ eum iudices potētiſſimū q apprehēdit. finē expetēdoꝝ quo nihil ampli⁹ eſt vltra. tales autē ſunt boni ex quo fit. i. ſeqtur qđ huic obiacet. i. ꝯtrium eſt vt ijdē ſceleſti. i. mali videātur deſerti oībus viribus. ℂ Notandū ꝙ ſicut viator aliqs đr potēs cū ambulat ad eū locū vbi nihil ampli⁹ reſtat de via ſic boni qñ pueniūt ad fineꝫ ⁊ ad bonū qđ trāſcendi nō pōt dicunť potētes mali aūt qꝛ ipſum attingere nō poſſunt dicunť impotētes. ℂ Cur enim relicta virtute. Hic pħia ponit quartā rōnē. ſcđo excludit quādam dubitationē: ibi. Quod qdē. Ratio quā ītēdit ī ſumma eſt iſta. Mali qñ relicta virtute declināt ad vitia aut ſciūt bonū eſſe adherere virtuti: aut neſciūt: ſi neſciunt peccāt per ignorātiā. Nihil aūt eſt impotētius ignorātia. ergo mali peccātes ignorātia ſūt impotētes. Si aūt ſciāt bonū eſſe adherere virtuti ⁊ declinant ad vitia. aut volētes derelinquūt bonū: aut nō ſi nō volētes. ſꝫ attracti libidine paſſionū ꝯuertūtur ad vitia ſequitur ꝙ ſunt impotētes: qꝛ maxia impotentia eſt nō poſſe reſiſtere paſſionib⁹. ſi aūt ſciētes ⁊ volētes relinquūt bonū ſequiť ꝙ nō ſunt tm̄ ipotētes: ſꝫ etiā ꝙ oīno nō ſunt. Cū eñ oīs natura inq̃tū hmōi hēat ordinē ad finē: inq̃tuꝫ aliquid deſiſtit ab ordine ad finē intentū deficit a natura: ⁊ p ꝯñs ab eſſe ipſius nature. iſtā rōnē pretendit in littera di. Cur enim relicta virtute mali ſectantur vitia: ne pro nunquid hoc eſt ex inſcitia. i. ignorātia bonoꝝ: ſed qđ eneruatius. i. debilius cecitate ignorātie. q. d. nihil. An ipſi nouerūt ſectāda bona: ſed eos trāſuerſos libido. i. cōcupiſcētia ꝑcipitat in vitia: ⁊ ſi ipſi fragiles intēperātia. i. ꝓpter intēperātiā libidinis nequeūt. i. nō pñt vitio obluctari. i. reſiſtere. An ſcientes ⁊ volētes deſerunt bonū ⁊ deflectunť ad vitia volūtate ⁊ ſcīa: ſed hoc mō nō ſolū potētes eſſe deſinūt: ſed oīno deſinūt eſſe cui⁹ aſſignat rōnē. nā qui relinquūt cōeꝫ finē oīm. ſ. deū q eſt ipſuꝫ eſſe pariter eſſe deſiſtūt. ℂ No. ꝙ primū ens veriſſime hꝫ eſſe ipſum eñ eſt cauſa eſſe oībus vt ſit: vt ptꝫ p ꝯmentatorē. ij. Metha. ⁊ primo celi ⁊ mūdi. Ab hoc ente deriuatum eſt ſingulis eſſe ⁊ viuere. q̃to ergo magis p vitia recedūt a primo eſſe tanto magis deſinūt eſſe. Vñ btūs Greg. i li. moraľ. loquēs đ dyabolo inqt: ꝙ diabol⁹ bñ đr nō eē: qꝛ a ſumma eſſentia receſſit: ⁊ p hoc quotidie excreſcēte defectu tēdit ad nō eſſe: qm̄ ab eo q verū eſt cecidit. ℂ No. pħia tres aſſignat cauſas ex qbus omne pctm̄ ꝓcedit. Oīs eñ peccās vel peccat ex ignorātia: ⁊ hunc modū

Ens primū.

Cauſe pcti.

ℂ Sed quoniā te ad itelligendū prōptiſſimū eſſe cōſpicio. crebras coaceruabo rōnes. Vide eniꝫ q̃ta vitioꝝ hoīuꝫ pateat infirmitas q nec ad hoc quidē puenire queūt ad qđ eos naturalis ducit ac pene compellit intētio. Et quid ſi hoc taꝫ magno ac pene inuicto ꝑeūtis nature deſerentur auxilio. ℂ Cōſidera vero q̃ta ſceleratos hoīes habeat ipotētia: neqꝫ enim leuia aut ludicra premie petunt que cōſequi atqꝫ obtinere non poſſunt: ſed circa ipſam reꝝ ſummaꝫ verticēqꝫ deficiūt: nec in eo miſeris ꝯtingit effect⁹ qđ ſolum dies noctesqꝫ moliūtur. In qua re bonoꝝ vires eminēt. Sicut enim eum qui pedib⁹ incedēs ad eū locum vſqꝫ puenire potuiſſet quo nihil vlteri⁹ peruiū iaceret iceſſui ambulādi potētiſſimū eſſe cēſeres: ita euꝫ qui expetendoꝝ finē quo nihil vltra eſt apprehēdit potentiſſimū neceſſe eſſe iudices: ex quo fit qđ huic obiacet: vt ijdem ſceleſti virib⁹ oībus videātur eſſe deſerti. Cur eniꝫ relicta virtute vitia ſectantur inſcitia ne bonorum: ſed quid eneruati⁹ ignorantie cecitate. An ſectanda nouerunt ſed tranſuerſos eos libido precipitat. Sic quoqꝫ intemperantia fragiles ſunt: qui obluctari vitio nequeunt. An ſcientes volenteſqꝫ bonum deſerunt: ⁊ ad vitia deflectuntur: ſed hoc modo non ſolum potentes eſſe: ſed omnino eſſe deſinunt. Nam qui communē omnium que ſunt finē relinquunt pariter quoqꝫ

primo tangit. vel peccat ex impotētia reſiſtēdi ⁊ iſtū. ſcḋo tāgit vel ex volūtate ⁊ malitia ⁊ illū modū qȝ grauiorē vltimo ponit. ¶ Qō quidē cupiā. Hic phia excludit dubitationē aliqs eñi dubitaret quō aliqs poſſet eſſe malus: ⁊ tñ dicit nō eſſe hoc excludit phia di. Mirū forte videat cuipiā. i. alicui vt malos q plures ſunt hoīuȝ dicam⁹ eoſdē nō eē: ſȝ ita res ſeſe hȝ ꝙuis mirū videat. Nā q ſunt mali eos eſſe malos nō abnuo. i. nego ſȝ ſimplr ⁊ pure eoſdē eē nego. Nā vti ꝓ ſicut cadauer hoīeȝ mortuū dixeris ſimpliciter aūt hoīeȝ appellare nō poſſis: ita vitioſos malos eē cōceſſerim ſȝ nequeā ꝯfiteri ipſos abſolute eē ſine determinatiōe diſtrahēte: ⁊ replicat eām prius dictā di. Solū eñi eſt illud qḋ ordinē retinet ſeruatqȝ naturā qḋ aūt ab hac natura ⁊ ab ordine deficit etiā eē qḋ in ſui natura ſitū eſt derelinqt. ¶ Notā. ꝙ malū eſt determinatio diſtrahēs ſicut ⁊ mortuū. Unde ſicut cōcedēdū eſt cadauer hoīs eſſe hoīem mortuū: non tñ ſimpliciter cōcedēdū eſt cadauer eē hoīeȝ. ſic quēcūqȝ malū cōcedendū eſt eſſe malū: nō tñ ſimpliciter ꝯcedēdū eſt ipſuȝ eē: vñ ſicut patebit tertia ꝓſa hoīes cōuerſi in malitiā humanā amiſerūt naturā: ergo ꝑ malitiaȝ hoīes deſinūt eſſe qḋ fuerāt. ¶ Sed poſſunt inqes mali. Hic phia excludit dubitationē cōtingentē circa principale ꝓpoſitū. Oſtēſuȝ eñi eſt ꝙ mali ſunt impotētes. Aliquis dubitaret quō hoc verū ſit: cū tñ cōſuetū ſit dicere ꝙ mali poſſunt hoc ſoluit phia. Secūdo oſtendit ꝙ potētia malorū nulla ſit ibi. Nā ſicuti di. Primo. O Boe. tu inqes obijciēdo cōtra predicta ꝙ mali poſſunt ſcḋm ꝯſuetū modū loquēdi. Rñde phia ego nō quidem negauerim qn mali poſſunt ſed hec potētia coꝝ nō deſcēdit a viribus: ſȝ ab imbecillitate. i. a fragilitate qḋ declarat: qꝛ mali poſſunt quidā mala q̄ minime valerent. i. poſſent: ſi potuiſſent manere in efficientia coꝝ bonoꝝ i. ſi efficiētia maloꝝ eſſet talis qualis illa quā habēt boni: que potiſſima eſt vt patet ex dictis. Que poſſibilitas malorum aqua poſſint mala demonſtrat eos euidēti⁹ nihil poſſe. ¶ Notandum ꝙ dicit malos minime poſſe mala ſi permaneant in efficientia bonorum. ¶ Ex quo videtur ꝙ boni non poſſunt facere maluȝ nec per cōſequens peccare quod falſum eſt cuȝ iuſtus ſepties in die cadat: ⁊ fortior reſurgit ſcḋm ſcripturam. Ad hoc dicendum ꝙ boni non poſſunt facere malum ex electione recte rationis que ſemper deprecatur ad optima licet de potentia abſoluta poſſunt facere malum inꝗ̄tum tamen potentia eorum coniungitur voluntati ⁊ electioni: quia eligunt bonum ⁊ non malum: ſic dicuntur nō poſſe facere malum. ¶ Nam ſicuti pauloante. Hic probat ꝙ potentia maloruȝ nulla ſit tripliciter. Secunda ibi. Atqȝ vt intelligas tertia ibi. Huc accedit. Primo di. vti pro ſicut collegimus pauloante malum nihil eſt ⁊ mali tantum poſſunt mala et hoc liquet improbos nihil poſſe ⁊ di. Boe. perſpicuū eſt. ¶ Notandum ꝙ ratio ſic formatur poſſe malū eſt poſſe nihil cū malū nihil ſit: ſed mali tñ poſſunt mala: ergo poſſunt nihil. ⁊ ꝑ cōſequēs nulla eorum eſt potentia. ¶ Notandum de hoc ꝙ malum nihil ſit vt viſum eſt prius ⁊ dicit beatus Auguſtinus. Cum vniuerſe nature per verbum dei facte ſint iniquitas per ipſum facta non eſt: quia iniquitas nulla ſubſtantia eſt: ⁊ peccatum non eſt natura: ſed vitium nature appetentis illud quod non eſt ſui ordinis. ¶ Atqȝ vt intelligas quenam ſit huius. Hic probat idem alio modo dicens. O Boe. quenaȝ ſit

eſſe deſiſtūt. ¶ Qō quidā cuipiā miruȝ forte videatur: vt malos q plures boīuȝ ſunt eoſdē nō dicam⁹: ſȝ ita ſeſe res hȝ. Nam q mali ſunt eos malos eē nō abnuo: ſȝ eoſdē eſſe pure atqȝ ſimpliciter nego. Naȝ vti cadauer hominē mortuū dixeris: ſimpliciter vero hominem appellare non poſſis ita vitioſos malos quidē eſſe conceſſerim, ſed eſſe abſolute nequeā confiteri. Eſt enim quod ordinē retinet ſeruatqȝ naturam. Quod vero ab hac deficit eſſe etiam quod in ſui natura ſituȝ eſt derelinquit. ¶ Sed poſſunt inquies mali. ne ego quidē negauerim: ſed hec quidē coꝝ potentia nō a viribus: ſed ab imbecillitate deſcēdit. Poſſunt enim mala que minime valerent ſi in bonoꝝ efficiētia manere potuiſſent. Que poſſibilitas eos euidētius nihil poſſe demōſtrat. Nam ſicuti pauloante collegimus maluȝ nihil eſt cum mala tantūmodo poſſint nihil poſſe improbos liquet. Boet. Perſpicuum eſt. Phi. Atqȝ vt intelligas quenā ſit huius potētie vis: ſummo bono nihil potētius eē pauloante diffiniuim⁹. Boet. ita eſt inq̄. P. Sȝ idem inquit facere malū nequit. Boe. Minime. Phi. eſt igitur inqt aliquis qui oīa poſſe homines putet. Bo. Niſi qui inſaniat nemo. Phi. Atq idē poſſunt mala. Boe. Utinā quidē inq̄ nō poſſent. Phi. Cum igitur bonorū tantummodo potens poſſit omnia non vero queant omnia potentes etiam maloꝝ eoſdeȝ qui mala poſſunt minus poſſe manifeſtū eſt.

¶ Huc accedit ꝙ omnē potentiā inter expetenda numerandā omniaq; expetenda referri ad bonū velut ad quoddam nature ſue cacumen oſtēdimus: ſed patrandi ſceleris poſſibilitas referri ad bonum non poteſt. Expetenda igitur non eſt: omnis potentia expetēda eſt. Liquet igitur malorum poſſibilitatem non eſſe potentiam. ¶ Ex quibus omnibus bonorum quidem potentiam malorum vero minime dubitabilis apparet infirmitas. Ueram illa platonis eſſe ſententiam liquet: ſolos quod deſiderāt poſſe facere ſapientes: improbos vero explere quidē quod libeat: quod vero deſiderant explere non poſſe faciunt enim quelibet dum per ea quibus delectantur in bonū quod deſiderant ſe adepturos putant: ſed minime adipiſcuntur quoniā ad beatitudinem probra non veniunt.

ris huius potentie qua mali dicuntur poſſe. ſic conſidera ex dicendis nos pauloante diffiniuimus nihil eſſe potētius ſummo bono. ſ. deo. Ita eſt di. Boe. ꝛ phi. Sed idē. ſ. ſummū bonū neqt idest nō pōt facere malū. Minime di. Boe. ꝛ phia. eſt igit aliquis qui putet homines omnia poſſe. Nemo dicit Boe. niſi q inſaniat ꝛ idē homines poſſunt mala facere vtinā quidē nō poſſent. di. Boe. igit phia arguit. Cū igitur im modo potēs bonoꝝ poſſit oia nō aūt queant. i. poſſint omnia potētes maloꝝ manifeſtū eſt eoſdē minus poſſe q mala poſſunt. ¶ Nota ꝙ poſſe mala magis arguit impotentiā ꝙ̄ potentiā: qꝛ ſi argueret potentiā: tūc deberetur omnipotentiſſimo ſcz deo quod falſum eſt. Unde pōt argui ex lr̄a ſic. Deus pōt oia ꝛ non pōt malū. mali nō poſſunt oia ꝛ poſſunt malū: ergo poſſe malū magis arguit impotētiā ꝙ̄ potētiaz. ¶ Huc accedit. Hic probat idez tertio modo dicēs. Huc accedit ꝙ oēm potentiam eſſe numerandam inter expetenda ꝛ omnia expetenda. i. deſideranda referri ad bonum velut ad quoddā cacumē i. perfectionē ſue nature: ſed poſſibilitas. i. potentia. patrandi ſceleris. i. faciendi malum non poteſt referri ad bonum. igitur expetenda non eſt. omnis autem potentia expetenda eſt liquet igitur poſſibilitatē. i. valentiam ſiue potentiā maloꝝ non eſſe potentiā. ¶ Notandum ꝙ ratio ſic poteſt formari ex littera. Omnis potentia que eſt potentia naturaliter eſt appetenda ꝛ refertur ad bonum: ergo potentia mali non eſt potentia. Ex quibus omnibus bonorum. Hic ex dictis. concludit concluſionem principalem confirmando eam auctoritate. Platonis dicens. Ex quibus iam declaratis apparet minime dubitabilis potentia bonorum ꝛ infirmitas malorum: ꝙ̄ pro ꝛ liquet veram eſſe illam ſententiā. Platonis ſolos ſapientes poſſe facere quod deſiderant. Improbos vero expellere poſſe quod libeat idest quod libidini placeat qđ vero deſiderant rationali appetitu malos expelere non poſſe faciūt enim ſup. mali que ſcz libido libet. i. expetit dum putant ſe adepturos bonum quod deſiderant per ea quibus delectantur. Sed minime adipiſcuntur: qm̄ probra. i. vita vel homines vitioſi non veniūt ad beatitudinē. ¶ Notandū ꝙ deſideriū eſt appetitus rationalis. libitū autē ſpectat ad appetitū ſenſualē: licet ergo mali affectent btitudinē appetitu rōnali tamē qꝛ faciunt quodlibet ſequētes appetitū ſenſitiuū: ideo ad btitudinē nō ꝑueniūt. Sapiētes aūt qui contemnūt delectationes ſenſuales ꝛ nituntur intellectualibus ipſi ſunt qui perficiunt animam ſuam ſcientia ſui creatoris qui de nihilo fecit eos: vt ſcribitur in lib. de po. Anima non triſtabitur neq; tui habitur cum recedit a corpore. vt ſcribitur in eodem libro.

¶ Aſcenſius.

Nota — Tam ego pape inqꝫ ꝛc. Uſq; ad eo nota ſunt omnia vt verear immorari: ſcies tn̄ lector ibi. Sed vti noſtre ſententie ꝛc. Uti nō accipi pro ſicut ſimilitudinis ſed pro vt optādi qꝛ ſenſus eſt ſed vti. i. vt vel ad finem vt abundantior fides ſit. i. habeatur noſtre ſententie procedam alterutro calle. Callis eſt via trita: ꝛ que pedibus quaſi callum. i. duritiem cutis incuſſerit. Quemnam horum valentiorem. Quia de duobus loquitur bene vtitur comparatiuo: ſed dicebat etiaz vti proprio interrogatiuo dicendo vtrum horum potius quem nam horum: ſed quis etiam ab alijs de duobus queſitiuum ponitur. Ludicra ꝑmia. Laurentius de valla docet ludicrum: ꝛ non ludicre facere in plurali ludicra. Uult enim ꝙ ſi tantum modo ſecunde declinationis in maſculino ꝛ neutro vt declinetur hic ludicras hec ludicra hoc ludicruz: ꝛ non hic ꝛ hec ludicris ꝛ hoc ludicre vt Priſcianus voluit. Eſt autem ludicrus iocularis leuis ludenti ſimilis. Peruius peruia peruium non ſignificat manifeſtum: ſed cuius medium panditur via: quaſi ſit peruium pertranſibile. Ad argumentum factum de bonis qui cadant ſepties in die: ꝛ tamen boni manent dicere liceret ꝙ quantum cadunt im̄ deſinunt eſſe boni: ſed qꝛ quo ad alia cadunt a quo ad alia ſtant ideo boni cenſentur quo ad ſtatuz non quo ad caſum: ꝛ qꝛ cadunt ſed quia reſurgunt. In fine huius proſe ponitur differentia inter libidinem ꝛ deſiderium. Nam libido fere in malam partem accipitur dico fere: quia Saluſtius etiam pro bona voluntate accepit. Sed deſiderium eſt frequentius rei bone ꝛ honeſte quam mali deſiderare quidem poſſunt ſed manentes mali non poſſunt impetrare: vt dicit diuinus vates deſiderium peccatorum peribit.

Ludicra

Peruius.

Libido.

Deſideriuz.

¶ Metrum ſecundum quarti libri.

Uos vides ſedere celſo. Iſtud eſt metrum ſecundum huius quarti ⁊ eſt metrum mixtum. Primū dicitur alemanicum ab inuentore trochaicū a pede predominante. ſecundū dicitur ferecracium ab inuentore ſpondaicū a pede predominante. In quo metro philoſophia oſtendit quō potentia malorum ſit conſideranda: in quibus maxime videtur eſſe ſicut ſunt reges ⁊ principes. Et dicit incipiendo conſtructionem in ſeptimo verſu. Si quis detrahit .i. remoueat per conſideratione ⁊ intellectum tegimina .i. tegimina vani cultus exterioris ſuperbis regibus quos reges vides ſedere celſo culmine .i. altitudine ſolij ideſt cathedre quos vides claros purpure nitente ſeptos .i. circundatos armis triſtibus .i. contriſtantibus. Reges inq̃ comminātes .i. minas imponentes miſeris toruo ore .i. crudeli aſpectu anhelos .i. cupidos vel feſtinos rabie cordis .i. crudelitate mortis. Iam videbit dominos tales ferre intus .i. in anima artas cathenas .i. vincula vitiorum quod manifeſtat ſubdens. Hic enim .i. ex vna parte libido .i. concupiſcentia verſat .i. precipitat corda talium tyrannorum auidis venenis Hinc ideſt alia parte illa turbida flagellat .i. punit mentem ipſorum: ira inq̃ tollens .i. excitans fluctus .i. diſturbia aut captos infortunio aliquo meror ipſos fatigat: aut ſpes lubrica .i. vana torquet. Cum ergo cernas vnum caput .i. principem ferre .i. ſuſtinere tot tyrannos .i. paſſiones tyranniſantes ipſe preſſus inquit dominis .i. vitijs dominantibus non facit quod optat. ¶ No. ꝙ intentio philoſophie eſt dicere. ſi quis viſu poſſet penetrare corda principum quod videt ſedere in altis ſolijs ornatos claris indumentis habentes arma terrentia toruo vultu reſpicientes miſeros ſtatim viſu cognoſceret ipſos ligatos multis cathenis inſolubilibus paſſionibus ire: ſpei: timoris: ⁊ ſic ligati paſſionibus non faciunt quod optant: ⁊ per conſequens ſunt impotētes. ¶ Notandum ꝙ di. homo preſſus iniquis dominis .i. vitijs dominantibus non facit quod optat dicit beatus Auguſti. in li. de ciui. dei. Bonus etiam ſi ſeruiat liber eſt. malus autem ſi regnat ſeruus eſt. Nec vnius quod grauius eſt tot dominorum ſeruus eſt quod vitiorum. Sanctus Thomas.

¶ Metrum ſecundum libri quarti.

Uos vides ſedere celſo
Solij culmine reges
Purpura claros nitente
Septos triſtibus armis
Ore toruo comminantes
Rabie cordis anhelos
Detrahit ſi quis ſuperbis
Uani tegmina cultus
Iam videbit intus artas.
Dominos ferre cathenas ∴
Hinc enim libido verſat
Auidis corda venenis
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens ∴
Meror: aut captos fatigat:
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre tyrannos. ∴

¶ Aſcenſius.

Uos vides ⁊c. Carmen eſt dicolon diſtrophon. prior verſus eſt alemanicus dimeter trochaicus acalecticus. Conſtans quattuor pedibus qui poſſunt eſſe quattuor trochei: ſed ſpondeum recipit. Poſterior eſt pherecratius ab inuentore. ſpondaicus a pede predominante. tres enim ſunt pedes quorum primus ⁊ vltimus poſſunt eſſe ſpondei. medius autem dactilus: ſed primus etiam anapeſtus eſſe poteſt. Solium dicitur ex eo ꝙ fiat ex ſolido .i. integra materia: ne quis reges adoriatur .i. ex inſidijs ledat. Dominos ferre cathenas. Pulchra declaratio .i. qui ſe dominos putant cathenas ferunt. Sed ne hic quidem expoſitionis egentia video. Nota Solium

¶ Proſa tertia libri quarti.

Uides ne igitur quāto in ſceno probra voluantur. vides qua probitas luce reſplendeat. In quo perſpicuum eſt nunquam bonis premia nunq̃ ſua ſceleribus deeſſe ſupplicia.

Uides ne igitur. Iſta eſt proſa tertia huius quarti in qua philoſophia oſtendit malis nūq̃ deeſſe ſupplicia ⁊ bonis nunq̃ deeſſe premia. Et primo philoſophia continuando ſe ad precedentia. Primo premittit intentum ſuum. Secūdo proſequitur intentum: ibi. Rerū etenim. Primo dic. ſic. Uides ne igitur. O Boet. in quanto ſceno ideſt in quanta vtilitate impotentie voluantur probra ideſt homines ꝓboſi ⁊ vi Sanctus Thomas.

¶ Rex etenĩ q̃ gerũtur illud ꝓpter qđ vnaqueq; res geritur eiuſdẽ rei ꝑmiũ eſſe nõ iniuria videri poteſt vti currẽti in ſtadio ꝓpter quã curritur iacet ꝑmiũ corona. Sʒ beatitudinẽ eſſe idipſuʒ bonũ ꝓpter qđ oĩa gerũtur oſtẽdimus. Eſt igitur humanis actibꝫ ipſum bonũ veluti ꝑmium cõe ꝓpoſitum. atq; hoc a bonis non põt ſeparari. neq; enim bonus vltra iure vocabitur q careat bono: quare probos mores ſua ꝑmia nõ relinquunt. Quantũlibet igitur ſeuiãt mali ſapienti tamen corona non decidet. non areſcet. Neq; enim probis animis ꝓprium decꝰ aliena decerpit improbitas q ſi extrinſecus accepto lateretur poterat hoc vel alius quiſpiã vel ipſe etiaʒ q contuliſſet auferre: ſʒ quoniã id ſua vnicuiq; ꝓbitas cõfert: tũ ſuo ꝑmio carebit cuʒ ꝓbus eſſe deſierit. ¶ Poſtremo cũ omne ꝑmium idcirco appetatur quoniã bonũ cẽ creditur. quis boni compotem premij iudicet expertem. ¶ At cuius ꝑmij omnium pulcherrimi

cioſi. vides etiam qua luce. i. qua claritate potentie ſplẽdeat ꝓbitas vicioſorũ bonuʒ in quo ſicut in ſuo antecedẽte perſpicuũ: hoc eſt ꝯñs ſcʒ nunq̃ bonis premia nunq̃ ſcelerib9. i. hominibꝰ ſceleratis de eſſe ſua ſupplicia. ¶ No. ꝙ mali dicuntur volui in sceno: qꝛ mali ⁊ maxime libidinoſi ſuibus aſſimilãtur ſic poſtea patebit: qꝛ voluunt in illo ſm illud. Sus magis in sceno gaudet q̃ fonte ſereno. De quibꝰ dicit ſcriptura. Perierunt iumenta in ſtercore ſuo: probi autem luce reſplendent: qꝛ virtus ⁊ probitas vltra humanam naturam hominem prouehit ⁊ dijs aſſimilat. ¶ Rerum etenim que geruntur. Hic phia proſequitur intentuʒ. Et probat primo ꝙ bonis nunq̃ deſunt premia. Secundo oſtẽdit quid ſit illud premiũ: ibi. Ad cuius premij. Primo ꝓbat duabus rõnibus. Secundam ponit ibi. Poſtremo. Prima ratio talis ẽ. Omnis res propter quã geritur eſt premium illius rei que geritur ſed propter bonum omnia ſunt ⁊ geruntur: ergo bonũ eſt premiũ oĩuʒ que geruntur. ſed bonũ a bonis ſeparari nõ poteſt: qꝛ iã nõ eſſent boni: ergo bonis nũq̃ deſunt ſua premia. Unde dicit. in littera. Rerum que geruntur. i. ſiunt illud propter qđ vnaqueq; res geritur. i. ſit illud videri põt non iniuria eſſe premiũ illius rei. hoc declarat exemplariter vt currenti in ſtadio. i. in aliquo ſpacio corona ꝓpter quam curritur eſt premiũ: ſed oſtendimus prius beatitudinẽ eſſe idipſum bonum propter qđ omnia reguntur: ergo ipſum bonũ eſt veluti cõe premiuʒ actibus humanis propoſitũ ſed hoc bonum nõ poteſt ſeparari a bonis. Non enim iure vocabitur bonus qui careat bono qꝛ ꝓbos mores. i. homines bene morigeratos non reliquũt ſua premia. Quantũlibet ergo ſeuiant mali contra bonos tamen ſapienti non decidet. i. deorſum e capite cadet corona. i. premiũ nec areſcet. i. minuetur: qꝛ aliena improbitas non decerpit. i. non aufert propriũ decus probis animis: qđ ſi boni accepto premio extrinſecus lateretur poterat hoc aliquis auferre ab eis: vel ſaltẽ ille qui cõtuliſſet: ſed quoniã pro qꝛ illud premium ſua probitas vnicuiq; confert: tũ. i. tunc quilibet carebit ſuo premio cũ deſierit eſſe probus. ¶ Notandũ ꝙ conſuetudo fuerat apud romanos currere in ſtadium. i. in aliquo ſpacio qđ vocabatur ſtadiũ: ⁊ qui citius venit ad metam ſuſtulit premium ſcilicet coronam vel aliquid: ſicut dicit Apoſt. Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt omnes quidẽ currunt: ſed vnus accipit brauiũ: ſic currite vt apprehendatis: ergo hoc propter qđ curritur eſt premium currentiũ. ¶ No. ꝙ bonus nõ poteſt carere premio: qꝛ illud a quo hõ denominatur bonus eſt virtus vel opatio virtuoſa: qꝛ ſm Ariſto. ij. Ethi. Oĩs virtus erit vtiq; habitus ex quo homo ſit bonus: propter qđ dignitas virtus eſt premiũ virtuoſe operantiũ: ſed operans virtuoſe non põt priuari virtute: ergo non poteſt carere ſuo premio. ¶ Notandũ q̃tũcũq; mali ſeuiant: tamen ſapienti non decidet corona: qꝛ ſm Sene. xiij. epiſtola ad lucillũ. Nunq̃ inualeſcet ad tantũ malicia. neq; ad tantũ exceditur contra virtutes: vt non nomen phie ſacrum ⁊ venerabile permaneat. Et ſimiliter eſt de malis ⁊ ſtultis reſpectu bonoꝝ ⁊ ſapientiũ. ¶ Poſtremo cũ omne premiũ. Hic ponit ſcđaʒ rõnẽ que talis eſt. Premiuʒ omne habet rationẽ boni ſed bonꝰ eſt cõpos boni ergo erit compos premij. Dicit ergo in lra. Poſtremo cũ omne premiũ idcirco appetatur: qꝛ credatur eſſe bonuʒ: quis iudicet cõpotẽ boni expertẽʒ eſſe premij. q. d. nullus. ¶ Nota ꝙ argumentũ phie ſimile eſt iſti ac ſi arguatur homo nõ hʒ rõneʒ boni niſi qꝛ rõnalis quicũq; igitur eſt rõnalis eſt homo: ſic ſiṙ premiũ nõ appetitur: niſi ꝙ bonũ: qui ergo eſt cõpos boni eſt cõpos premij: ſed bonus eſt cõpos boni ergo non deeſt ſibi premiũ. At cuius premij. Hic oſtendit quid ſit illud premiũ qđ boni aſſequuntur ſcʒ maximũ ⁊ optimũ qđ eſt fieri deos. Unde dicit. At cuius premij: ſed boni non ſunt expertes. i. carẽtes. Rñdit phia. Omnium pulcherrimi ⁊ maximi premij: qđ ꝓbat ex quodã correlario ſupra declarato dicẽs. Memẽto illius correlarij qđ precipuũ paulo ante dedi: ac ⁊ ſic collige ideſt ex illo correlario ꝯclude cũ ipſuʒ bonũ ſit beatitudo liquit oẽs bonos eo ipſo ꝙ boni ſunt fieri beatos: ſed qui beati ſunt eos cõuenit eſſe deos. igitur premiũ bonorum eſt fieri deos: qđ premiũ bonorũ nullus dies deterat. i. cõſumit: nullius ptãs minuat: nullꝰ improbitas fuſcet. i. obſcuret. ¶ No. ꝙ in iſta deductione phia nõ accipit btitudinẽ pro ſtatu quẽ boni habitari ſunt poſt hãc vitã: ſed

pro ſtatu beatitudinis qualis in hac vita haberi pōt quē homo ꝯſequitur per virtutes. Unde q eſſentia liter eſt bon⁹ eſſentialiter eſt beat⁹ ⁊ deus ⁊ q nō eſt eſſentialiter bon⁹ ſȝ participatiue: hic etiā eſt partici patiōe beat⁹ ⁊ de⁹. ❡ Que cū ita ſint. Hic oſtēdit phia ꝙ malis nunꝗ deſunt ſua ſupplicia. Scđo oſtē dit quale ſit illud ſuppliciū ibi. Uides aūt. prima diuiditur in duas ſm duas rōnes. Scđa ibi. Jā vero. Primo di. Que cū ita ſit: ſcȝ ꝙ boni nunꝗ carēt premijs. ſequitur ꝙ ſapiēs nequeat. i. nō poſſit dubita-

maximiq3. Memento enim illius corelarij qđ pauloante p̄cipuū dedi ac ſic collige. Cu3 ipſum bonū beatitudo ſit bonos oēs eoipſo ꝙ boni ſunt fieri btōs liquet. Sȝ q beati ſunt deos eſſe conuenit. Eſt igitur premiū bonoꝝ qđ nullus deterat dies: nullus minuat poteſtas nulli⁹ fuſcet iprobitas deos fieri. ❡ Que cū ita ſint de maloꝝ quoq3 inſeparabili pena dubitare ſapiēs nequeat. Nā cū bonū malū q3: item pena atq3 p̄miū aduerſa frōte diſſideāt: que in boni p̄mio videm⁹ accidere cadē neceſſe eſſe eſt in mali pena ꝯtraria parte reſpōdeāt. Sicuti igitur ꝓbis ꝓbitas ipſa ſit p̄miū ita improbis nequitia ipſa ſuppliciū eſt. ❡ Jam vero quiſquis afficitur pena malo ſe affectū eſſe nō dubitat. Si igitur ſeſe ipſi eſtimare velint poſſunt ne ſibi ſupplicij expertes videri. Quos omniū maloꝝ extrema nequitia nō afficit modo. verū etiā vehemēter inficit. ❡ Uide aūt ex aduerſa parte bonoꝝ q̄ improbitas pena comitetur. Omne nā quod ſit vnum eſſe: ipſumq3 vnum bonum eſſe paulo ante didiciſti. Cui conſequēs eſt vt omne qđ ſit: id etiam bonum eſſe videatur. Hoc igitur modo quicqd a bono deficit: eſſe deſiſtit: quo fit vt mali deſignant eſſe quod fuerant. Sed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis reliqua ſpecie oſtentat: quare verſi in malitiā

re de inſeparabili pena maloꝝ. Naȝ cū bonū ⁊ malū pena atq3 ꝓ ⁊ p̄miū aduerſa frōte deſſideāt. i. opponant adinuicē: neceſſe eſt que in boni premio videm⁹ accidere cadē neceſſe eſt ꝙ reſpōdeant ꝯtraria parte in pena mali: ſicut igiť ꝓbis. i. bonis ipſa probitas ſit premiū ita neqtia ipſa ē improbis ſuppliciū. ❡ Notandū qñcū ꝙ ſubiectis ꝯtrarijs inſunt cōtrarie paſſiones ſi vni ſubiectoꝝ oſtēdiť ineſſe ſua paſſio: tūc ꝑ locū a cōtrarijs reliquo ſubiecto aſſignať ineſſe: ſimiliter ſua paſſio. Cū igiť bonū ⁊ malū ſunt diuerſa ſubiecta: premiū ⁊ ſuppliciū ſint diuerſe paſſiones ſi oſtendiť bonis nō deeſſe premia oſtenſum eſt malis nō deeſſe ſupplicia. ❡ Jam vero qſquis. Hic ponit ſcđam rōnē que talis eſt. Pena nō habet rōnem pene: niſi ex hoc ꝙ eſt quoddā malū: ergo qui eſt affectus malo ipſe eſt affectus pena: ſed mali ſunt affecti: immo infecti malo: ergo ſunt affecti pena: ⁊ per ꝯñs ſupplicio. vnde dicit in lra. Jā vero qſquis afficiť pena malo nō dubitet ſe eſſe affectū cū ſua pena nō habeat rōnē pene niſi qꝛ mala. igiť ſi ipſi mali ſeſe. i. ſeipſos eſtimare velint poſſunt ne ſibi videri expertes ſupplicij. quos malos omniū maloꝝ extrema neqtia. i. maxima in genere mali nō modo. i. nō tantūmodo non afficit: verū ꝓ ſed etiā vehemēter inficit. q. d. nō. ❡ Not. ꝙ ſicut argumētū tenet ſub hac forma: hō nō eſt hō. niſi qꝛ eſt rōnalis ⁊ homo: ergo q eſt rōnalis eſt hō: ſic arguiť in ꝓpoſito pena nō habet rōnē pene: niſi qꝛ malū eſt quoddā ergo qui eſt affect⁹ malo eſt affect⁹ pena: ſed mali ſunt affecti malo: ergo malū nō deeſt malis: ⁊ per ꝯñs nec ſuppliciū. ❡ Uide autē. Hic philoſophia oſtendit quale ſit premium maloruȝ: ſcilicet transformatio in beſtialitatē. Secundō oſtendit quomō per diuerſa vitia homines transformantur in diuerſas beſtias ibi. Auaritia. Primo dicit. Uide o Boe. que pena comitetur improbos ex aduerſa parte bonorum. i. per contrarium ad bonos didiciſti enim pauloante in tertio lib. omne quod exiſtit eſſe vnū didiciſti vnum eſſe bonum: cui conſequens eſt: vt omne quod ſit etiam videať eſſe bonum: igitur quicquid deficit a bono deſiſtit eſſe: quo fit vt mali deſignant eſſe quod fuerant ſȝ ipſa reliqua ſpecies humani corporis adhuc manēs in eis oſtētat malos fuiſſe hoīes. Quare verſi ĩ malitiā amiſere humanā naturam: ſed cum ſola probitas poſſit quemꝗ hominē prouehere vltra homines. ſ. in naturam diuinā: neceſſe eſt vt quos improbitas ab humana conditione deiecit ipſa detrudat homineȝ infra meritū. i. dignitatem hominis in naturam beſtialitatis. igitur euenit vt non poſſis eſtimare hominem: ſed beſtiam quem videas vitijs transformatū. ❡ Notandum ꝙ cum gradus entium diſtinguantur ſm nobilitatem ⁊ ignobilitatem: quia non poteſt accipere duas ſpecies que perfectas: ſed vna eſt dignioꝛ alio: ideō oportet ꝙ omne ens quod non eſt homo ſit ſupra hominem: vel infra hominem. mali autem vt probatum eſt per malitiam deſinunt eſſe homines: ergo neceſſe eſt malos eſſe ſupra homines vel infra. Cum autem ſola probitas vehat hominem ſupra natura humanā: ſcilicet ad naturā deoruȝ: ſequiť ꝙ malitia deiecit malos infra naturam humanam. ſ. ad naturā beſtialitatis. ❡ Auaritia feruet alienoꝝ

Hic philoſophia oſtendit qualiter hoies p diuerſa vicia transſformant in diuerſas beſtias dicens: q̄ ſi quis hō feruet auaricia.ſ. violentus ereptor.i.ablator alienarū opū talem dixeris ſimilē lupi ſed hō ferox ⁊ inquietus qui exercet linguā litigiis:talis cōparabilis eſt cani. Hō occultus inſidiator q gaudet ſurripuiſſe aliena fraudibus:talis exequetur.i.cōparetur vulpeculis:ſed hō intemperans.i.intemperatus ſup. ire fremit talis credatur geſtare animum leonis:ſed homo pauidus:ac pro ⁊ fugax qui formidat habeatur ſimilis ceruis:hō autē ſegnis ⁊ ſtupidus ille torpet.i.tardus eſt:⁊ talis viuit aſinū.i.aſinine: homo autem leuis ⁊ incōſtans qui permutat ſtudia ſua.i. opera nihil differt ab auibus.ſed hō qui immergitur fedis:q̄ ꝑ ⁊ immūdis libidinibus ille detinetur voluptate ſordide ſuis.i.cōparatur ſuibus ⁊ ſic de ceteris viciis cōtingit loqui. Unde cōcludit philoſophia di. Ita fit vt qui deſerta ꝓbitate deſierit ⁊ ſe hō cum nō poſſit trāſire in cōditionē diuinam vertatur in beluam.i. beſtiā. ¶ Notādū q̄ in nobis ē duplex virtus cognoſcitiua ſcilz intellectus ⁊ ſenſus. Intellectus eſt quid diuinum in nobis per quē ad ſuperiora aſcendimus.⁊ deo ſimiles ſumus. Senſus autē inquātū nō obedit rōni eſt quid brutale in nobis:per quē īfra naturā humanā redigimur:⁊ beſtiis ſimiles efficimur.iō di. Iſid. in tractatu de ſummo bono. Ue vobis hoibus q de numero beſtiarū cōputati eſtis diuinum hoc quod in vobis eſt non cognoſcentes: propter quod ad ſuperiora aſcenditis ⁊ deo ſimiles eſtis. Diuinum autem hominem vocat intellectum ⁊ rationem.

humanam quoqz amiſere naturam. Sed cū vltra homines quēq₃ prouehere ſola probitas poſſit neceſſe eſt vt quos ab humana conditiōe deiecit infra hoīs meritū detrudat improbitas. Euenit igitur vt quē transſformatū vitiis videas: hominem eſtimare nō poſſis. ¶ Auaritia feruet alienarū opum violētus ereptor. ſimilē lupi dixeris. Ferox atqz inquietus lingua litigiis exercet cani cōparabilis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet. vulpeculis exequetur. Ire intēperans fremit leonis animū geſtare credatur. Pauidus ac fugax nō metuēda formidat: ceruis ſimilis habeatur. Segnis ac ſtupidus torpet aſinū viuit. Leuis ac inconſtās ſtudia permutat nil ab auibus differt. Fedis immundiſqz libidinibus immergitur: ſordide ſuis voluptate detinetur. Ita fit vt qui probitate deſerta homo eſſe deſierit. cum in diuinam conditionē tranſire non poſſit: vertatur in beluam.

Nota

¶ Aſcenſius.

nem vulgarē euenit ꝙ eorum que ſunt imperfecta poſſeſſione virtutis vel in ꝓfectu vel in adeptione virtut. s oēm fortunā eſſe bonā ſiue ſit proſpera ſiue aduerſa: manentibus aūt in improbitate omnē fortunā eſſe peſſimā: ⁊ di. Boe. hoc verū eſt ſm vulgares. tametſi pro ꝗbus nemo audeat cōfiteri ſm veritatē qꝛ in rei veritate omnis fortuna bona eſt tam bonorū ꝙ maloꝝ vt probaſti. ℭ Notan. ꝙ omnis fortuna vel eſt remunerans vel exercens vel corrigēs. Fortuna remunerās eſt eoꝝ qui ſunt in poſſeſſione virtutis. fortuna exercēs eſt eorum qui ſunt in ꝓſpectu virtutis. fortuna corrigens eſt eoꝝ qui incipiunt eſſe virtuoſi. Ex quo relinquitur ꝙ eoꝝ qui permanent in malitia ſit fortuna peſſima ⁊ hoc eſt verum ſm opiniones vulgares. ℭ No. ꝙ quelibet fortuna poteſt dupliciter ꝯſiderari. Uno modo in cōparatione ad cauſaꝫ vniuerſalem que omnia regit ⁊ diſponit ordinando ſingula in finem eis conuenientē: ſic omnis fortuna eſt bona vt probatū eſt vel pōt cōparari fortuna ad illum cui euenit ⁊ ſic ſolum illa dicitur bona que aliquod bonū cōfert illi cui aduenit ⁊ illa mala que nihil boni cōfert. ℭ Quare inquit. Hic facit quandā exhortationeꝫ di. Ex quo omnis fortuna eſt bona ſapiens vir nō dꝫ moleſte ferre quotiēs adducit in certamen fortune. i. cuꝫ fortuna ⁊ non decet fortē virū indignari. i. turbari quotiēs increpuit. i. inſonuit bellicus tumultus. i. ſtrepitus. Nam ipſa difficultas bellādi ⁊ reſiſtendi fortune eſt vnicuiqꝫ viro forti ⁊ virtuoſo materia. i. cauſa glorie propagande. exercitiū enim bellicum eſt cauſa glorie viro forti. Illi vero. ſ. viro virtuoſo reſiſtentia fortune eſt materia: i. cauſa cōfirmande ſapientie. i. virtutis ex quo. i. ex qua victoria talis difficultas virtus vocatur. Dicitur enī virtus ex eo ꝙ ſuis viribus nitēs nō ſuperetur aduerſis: ⁊ ſubdit. Neqꝫ

dē vel ſunt īperfectiōe vel ī ꝓfectu vel ī adeptiōe virtutis oēm quecūqꝫ ſit bonā. ī īprobitate vero manētibꝰ oēm peſſimā eē fortunā. B. Hoc inqꝫ veꝝ eſt tametſi nemo audeat cōfiteri. P. ℭ Quare inqt ita vir ſapiens ferre moleſte nō debet quotiens īfortune certamē adducitur ad viꝝ fortē nō decet īdignari quotiens īcrepuit bellicus tumultꝰ. vtriqꝫ enim hinc quidē glorie: ꝓpagāde: illi vero ꝯfirmande ſapiētie difficultas ipſa materia ē. Ex quo ⁊ cū virtꝰ vocatur qđ ſuis viribus nitens nō ſuperetur aduerſis neqꝫ enim vos in ꝓfectu poſiti virtutis diffluere delitijs ⁊ emarceſcere voluptate veniſtis ꝑliū cū omni fortuna nimis acre cēſeritis. Ne vos aut triſtis opprimat aut iocūda corrūpat firmis mediū viribus occupate. Quicqd aut infra ſubſiſtit aut vltra ꝓgreditur hꝫ ⁊ cōtemptum felicitatis non habet ꝑmium laboris. In veſtra eſt eniꝫ ſitum manu qualem vobis fortunam formare malitis. Omnis enim que videtur aſpera niſi aut exerceat aut corrigit punit.

enim vos poſiti in profectu. i. in via virtutis veniſtis in mundum defluere delicijs ⁊ emarceſcere voluptate prelium nimis ac recenſeritis. i. iudicabitis fieri cum omni fortuna ne triſtis fortuna vos opprimat ejiciendo in deſperationem aut iocunda corrumpat alliciendo ad voluptateꝫ occupate. i. tenete ergo medium virtutis firmis viribus qꝛ quicquid infra ſubſiſtit a medio virtutis deficiendo aut vltra ꝓgreditur mediū virtutis excedendo. illud hꝫ cōceptum felicitatis. i. virtutis ⁊ nō hꝫ premium laboris ⁊ in veſtra manu. i. poteſtate ſitū eſt qualē fortunā veluti bonis formare. i. bonā vel malā. Omnis enim fortuna que videtur aſpera aut exercet bonos aut punit malos: ⁊ ſic eſt bona. Nota ꝙ phia hortatur ſapientē ad magnanimitatē cū di. Sapiens non dꝫ moleſte ferre fortunam. Nam ſm Ariſt. in Ethi. Sapiens bene ſcit ferre fortunas: qꝛ hꝫ ſe ſine vituperio ſicut tetragonū quocunqꝫ proijcitur firmiter ſtat ⁊ magnanimus eſt qui contra difformes inſultus fortune vnanimi mentis conſtantia militat. ℭ Notandum ꝙ virtus cōſiſtit in medio inter duo vitia extrema: ad quorum vnum impellit proſpera fortuna: ad aliud aduerſa verbigratia aduerſitas impellit ad deſperationem ⁊ timiditatem proſperitas autem ad preſumptionem ⁊ audatiam inter que cōſiſtit medium virtutis. cuius exceſſus vel defectus eſt vitioſus ⁊ hoc innuit philoſophia in lſa. ℭ No. ꝙ in poteſtate hominis eſt facere fortunā qualē vult ſcilicet bonā vel malam qđ declarat philoſophia in aduerſa fortuna: quia ſi eam accipimꝰ bono animo pro exercitio ⁊ correptione ipſa eſt bona. Si autem eam toleramus inuiti etiam pro pena ipſa eſt mala.

ℭ Aſcenſius.

IAm ne igitur vides ⁊c. Et qui nam fieri pōt. Caue ne legas. Et quid fieri poteſt. Non enim ſciſcitatur id eſt que res fieri poteſt: quia hoc iam philoſophia dixerat. ſed querit qui. id eſt quo modo vel qua re ſeu quo medio fieri poteſt. Peccant autem multi in hac dictione nam audientes ab eo qui dicit. Rex veniet querunt quid ſcis. ⁊ iam ille dixerat quid ſciat: vt pote regem venturum: deberent ergo querere qui ſcis: ſicut apud Terenti. legitur Qui ſcis eos diſcordare ⁊ cetera. Similiter paulopoſt legendum eſt. Et qui inquit vel ad quid inquit. nō ⁊ quid inquit. Que vero aut exercet ⁊c. ſubaudi fortuna vt ſit vero pro ſed fortuna que exercet aut corrigit ꝓdeſt. Et

Nota
Qui ⁊ quid.

ſubauditur omnis aut fortuna eſt huiuſmodi:igitur bona. Ex quo ⁊ cum virtus vocatur ꝙ ſuis viri‑bus nitens. Dicitur enim virtus ſm Varronem a nomine vir:⁊ a vir viribus quibus ad bona peragen‑da valet ⁊ malis reſiſtit. Eſt qꝫ vt nonius atteſtatur proprie fortitudo:ſed qꝛ fortitudinem ad omnẽ ha‑bitum laudabilem opus eſt generaliter accipitur. Et in medio duorum viciorum conſiſtit vnde Hora‑tius in epiſtolis. Virtus eſt medium vitiorum vtrinqꝫ reductum. Quicquid aut infra ⁊c. Horatius in primo ſermone. Eſt modus in rebus ſunt certi deniqꝫ fines. Quos vltra citraqꝫ nequit conſiſtere rectũ In veſtra eſt enim ſitum manu ⁊c. Sic Iuuenalis. Nullum numen habes ſi ſit prudentia:ſed te. Nos facimus fortunam deam:celoqꝫ locamus.

¶ Metrum ſeptimum quarti libri.

Ella bis quinis operatus ãnis
Vltor atrides phrigie ruinis.
Fratris amiſſos thalamos
piauit.
Ille duin graie dare vela claſſi
Optat ⁊ vẽtos redimit cruore
Exiuit patrẽ miſerũqꝫ triſtis
Federat nate iugulum ſacerdos.
¶ Fleuit amiſſos ythachus ſodales
Quos ferus vaſto recubans in antro
Merſit immani poliphemus aluo
Sed tamen ceco furibundus ore
Gaudium meſtis lachrymis rependit.
¶ Herculem duri celebrant labores
Ille centhauros domuit ſuperbos
Abſtulit ſeuo ſpolium leoni.
Fixit ⁊ certis volucres ſagittis.

¶ Metrum ſeptimum quarti libri.

Sanctus Thomas.

Ella bis quinis opera‑tus annis. Hic incipit ſeptimũ metrum ⁊ vlti‑mũ metrũ huius quar‑ti qd̃ dr̃ ſaphicũ ab in‑uentrice:trochaicum a pede predominante in quo phia con‑firmat ſuam exhortationẽ exemplo virorum fortiuꝫ qui ſpretis volupta‑tibus magnos ſubierũt labores ſpe laudis ⁊ glorie. Et primo ponit plu‑ra exempla. Secundo hortatur nos ad imitationem eorum:ibi. Ite nunc fortes. Pria pars poſſet diuidi in tot partes quot exempla ponit que pate‑bunt. Primum exemplum eſt tale; Pa‑ris filius priami regis troianorum greciam profectus rapuit helenam vxorem menelai ⁊ duxit eam in phri‑giam regionem. Menelaus autẽ cõ‑queſtus fratri ſuo agamenoni hoc fa‑ctum. Menelaus conuocatis princi‑pibus grecorum trãſfretauit in phri‑giam ⁊ obſedit troiam decem annis quam tandeꝫ deſtruxit: ⁊ maioribus interfectis populum captiuauit. Cũ auteꝫ agamenon proficiſceretur ver‑ſus troiam per quandam inſulam vbi factus eſt ei ventus contrarius: requiſiuit vates quid eſſet faciendum: qui dixerunt ꝙ non haberet ventum proſperum niſi placaret dyanam ſacrificando ei ſuam filiam. Cui licet hoc videtur durum pro‑pter pietatem paternaꝫ tamen ſuadente vlixe ſpe laudis ⁊ glorie ſuper victoria obtinenda conſenſit vt eam immolaret:quo facto obtinuit ventum proſperum ad voluntatem. Dicit ergo in littera atrides.i. Agamenon atride filius exiſtens vltor operatus bella bis quinis idest decem annis piauit idest purga‑uit vlciſcendo amiſſos thalamos vxorem contentam in thalamo fratris menelai ruinis idest deſtructio‑nibus phrygie idest troie que ſita fuit in phrygia dum ille. Agamenon optat dare idest exponere vela graie claſſi.i.naui grecali ⁊ dum redimit ventos cruore filie ſue: ipſe exiuit idest diſpoſuit partem idest pietatem paternam ⁊ ſacerdos triſtis exiſtens federat idest in federe ſacrificat miſerum iugulum idest collum vel guttur nate idest filie agamenonis:ſm Hug. enim iugulum idem eſt ꝙ guttur vel gutturis inciſio. ¶ Fleuit amiſſos ythacus ſodales Hic philoſophia ponit ſecunduꝫ exemplum in quo declarat

Vlyxes

fortia acta ipſius vlyxis intendens talem fabulam. Vlyxes rediens de bello troiano decem annis erra‑uit in mari ſuſtinens multa aduerſa tandem caſualiter venit ad antrum poliphemi qui erat maximus gigas habens vnicum oculum in fronte:qui ſocios vlixis occidit ⁊ vorauit ſuper quo vlixes contriſta‑tus ſuſtinuit vſqꝫ duꝫ predictus gigas cibo repletus obdormiret quo dormiente oculum quẽ in fronte habuit eruit. Qui euigilans furibundus queſiuit vlixem: ſed excecatus eum inuenire non potuit. dicit ergo in littera ythachus idest vlixes ab ythaca regione vel ab auo ſuo ythaco ſic dictus ille fleuit idest defleuit amiſſos ſodales quos ferus poliphemus recubans.i.morans in vaſto antro merſit immani al‑uo idest magno ventre:ſed tamen vlixes furibundus rependit idest reſtituit gaudium meſtis lachrimis

Hercules

idest ſuis triſticijs ore idest facie poliphemo ceco idest excecato. ¶ Herculem Hic ponit alius exempluꝫ in quo deſcribit acta herculis ⁊ labores eius quibus fingitur meruiſſe celum di. duri labores aſſumpti celebrant idest celebrem reddunt herculẽ. Cuius ponit primum laborem.ſ. domationẽ centaurorum di. Iſte hercu. domuit ſuperbos centauros qui eũ contempſerunt. ¶ Vbi notã. ꝙ centauri monſtra quedã dicta ſunt ex medietate thauri quos poete fingunt genitos ex ſemine Ixionis qd̃ proiecit in nubem quã iuno circundederat ſe fugiens a facie eius volentis cum eo cõcubere:hos centauros hercules domuit cum enim conueniſſet ad ludum paleſtine in monte ſolor hercules congreſſus cuꝫ eis ipſos vſqꝫ ad effu‑ſionem ſanguinis proſtrauit. ¶ Abſtulit ſeuo. Hic ponit ſecundũ laborẽ herculis di. Hercules abſtulit

ſpolium.i.pellem ſeeno leoni. ¶ Ubi notan. ꝙ in ſilua nemea fuit quidaȝ leo crudeliſſimus qui homines totius regionis inuaſit quem aggreſſus hercules pro liberatione patrie ipſum interemit ⁊ excoꝛians ipſum pellem pro ſpolio abſtulit. ¶ Fixit ⁊ certis. Hic ponit tertium laboꝛem dicens. Hercules fixit volucres.i.harpyas certis ſagittis. ¶ Ubi nota ꝙ rex Phineus ſuos filios excecauit qui nouercam ſuam de ſtupꝛo accuſauerant propter quod inuidia deoꝛum ipſe eſt excecatus ⁊ oppoſite ſunt ei harpye.i.volucres virginei vultus rapientes cibuȝ de menſa eius quas hercules ſagittis ſuis fixit ⁊ fugauit. ¶ Poma cernenti rapuit dracboni. Aureo leua. Hic tangit quartuȝ laboꝛem di. Hercules rapuit poma drachoni cernenti.i.cuſtodienti illa rapuit aureo metallo.i.cum claua aurea. Hercules inq̈ factus grauioꝛ.i.foꝛtioꝛ leua.i.manu. ¶ Ubi no. ꝙ ſeptem fuerunt filie athlantis habentes oꝛtum aureum cum pomis aureis que dracbo cuſtodiebat. Hercules auteȝ ſuperueniẽs drachoni poma aurea abſtulit. ¶ Cerberum traxit. Hic ponit quintum laboꝛem di. Hercules cerberum.i.canem infernalem traxit ab inferis triplici cathena. ¶ Ubi nota ꝙ Pyrithous volens ſibi deſponſare reginam inferni herculem ⁊ theſeum ⁊ alios homines foꝛtes aſſumpſit. quibus venientibus ad infernũ. Cerberus ianitoꝛ inferni ipſos latratu ſuo impediuit. Hercules autem ipſum tribus cathenis vincit: vel ſm alios ipſuȝ traxit de inferno triplici cathena: qꝛ dicitur habere tria canina capita triplici cathena victa. ¶ Uictoꝛ immitẽ. Hic ponit ſextum laboꝛeȝ di. Uictoꝛ ſcilicet hercules fertur poſuiſſe immitem dominum ſcilicet Dyomedem in pabulum ſeuis quadrigis.i.equis quadrigam trahentibus. ¶ Ubi nota ꝙ dyomedes fuit rex tracie qui equos ſuos pauit humana carne quẽ herculem interfectũ dedit ſuis pꝛopꝛijs equis deuoꝛandum. ¶ Hydra combuſto. Hic ponit ſeptimuȝ laboꝛem di. hydra.i.ſerpens perijt cõbuſto veneno ſuo. ¶ Ubi notandum ꝙ in lerna palude fuit quidẽ ſerpens habens plura capita: quoꝛum vno preciſo ſuccreſcebant tria: quem hercules aggreſſus ſagittã do cum non videret ſe pꝛoficere congerie lignoꝛum ipſum combuſſit. ¶ Frõte turbatus. Achelous amnis. Oꝛa demerſit. Hic ponit octauum laboꝛem hercu. Ubi ſciendum ꝙ cum hercules vellet deducere filiam cuiuſdam regis que dicebatur Deianira fluuius achelous quam debebat tranſire mutauit ſe in diuerſas foꝛmas repugnando contra herculem. Cum autem vltimo mutaſſet ſe in ſpeciem thauri: hercules ipſo deiecto abſtulit ſibi vnum coꝛnu quod ſacrificauit copie.i. dee foꝛtune propter quod achelous verecundia confuſus fugit ⁊ in aquis latuit. Unde dicit in littera. Achelous amnis.i.fluuius fronte turbatus propter oblationem coꝛnu: ipſe merſit in ripis oꝛa pudibũda: qꝛ latuit pꝛe pudoꝛe in ripis. Achelous.

¶ Strauit athеum. Hic ponit nonum laboꝛem di. hercules ſtrauit.i. occidit antheum illum gigantem arenis lybicis.i.in arenis lybie regionis. ¶ Ubi nota ꝙ antheus erat gigas de terra progenitus: cuius erat talis virtus ꝙ ſi aliquando ex ſagittatione fatigaretur tactu terre ſtatim recuperabat vires. Qui cum exerceret tyrannidem in lybia: aduenit hercules: ⁊ congreſſus cum eo diu ſimul luctabantur. Cum autem antheus ſentiret ſe debilitari ſponte cecidit in terram: ⁊ ſic ſumpſit vires quod hercules cognoſcens ipſum a terra eleuauit: ⁊ ſupꝛa pectus ſuum tenendo oppꝛeſſit quouſqȝ ſpiritum exalaret. Antheus.

¶ Cacus euandri. Hic ponit decimum laboꝛem. Ubi notandum ꝙ cacus fuit monſtrum euomens ignem per os: cuius pater fuit vulcanus. manebat autem cacus in monte auentino ſpolians ⁊ occidens homines ⁊ furto plurimum inſiſtens. Cum autem hercules veniret de hyſpania ducens ſecum multos boues cacus quoſdam boues herculis furabatur ⁊ traxit eos in antrum ſuum retroꝛſum per caudas ne furtum pateret. cum autem hercules quereret boues per mugituȝ vnius bouis peruenit ad antrum caci quo extracto ipſum interfecit: cuius moꝛte placata eſt ira euandri quam idem cacus multuȝ offenderat: vnde dicit. Cacus ſupple moꝛte ſua quam paſſus eſt ab hercule ſatiauit.i.compeſcuit iras euandri quem cacus multum offenderat. Cacus.

¶ Quouſq̈ pꝛeſſurus. Hic ponit vndecimum laboꝛeȝ hercu. Ubi notan. ꝙ in archadia erat quidam aper deuaſtans totam regionem: quem cum hercules agitaret aper ſibi inſultãs humeros hercu. ſpuma maculauit quem aptum tandem interfecit. vnde di. Setiger.i.aper gerens ſetas notauit.i.maculauit humeros hercu. ſup. ſpuma vel ſaliua. quos humeros altus oꝛbis foꝛet.i.erat pꝛeſſurus: quia vt ſtatim patebit hercu. humeris ſuis celum ſuſtulit. ¶ Ultimus celum. Hic ponit duodecimum ⁊ vltimum laboꝛem eius. Ubi notandum ꝙ athlas fingitur fuiſſe quidam gigas ſupple poꝛtans celum humumeris ſuis hic fatigatus rogauit herculem vt celũ ſuppoꝛtaret quouſq̈ ipſe reſpiraret quod ⁊ hercules fecit ⁊ per hoc celum meruit. vnde dicit. Ultimus laboꝛ herculis fuit ꝙ ſuſtulit.i.

¶ Poma cernenti rapuit dꝛachoni
Aureo leua grauioꝛ metallo
Cerberum traxit triplici cathena.
Uictoꝛ immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſeuis dominum quadrigis.
¶ Hydra combuſto perijt veneno.
Fronte turbatus achelous amnis
Oꝛa demerſit pudibunda ripis
Strauit antheum libicis arenis
Cacus euandri ſatiauit iras
¶ Quouſqȝ pꝛeſſurus foꝛet altus oꝛbis
Setiger ſpumis humeros notauit.
¶ Ultimus celum laboꝛ irreflexo
Suſtulit collo: pꝛeciumqȝ rurſus.

ſupportauit celũ collo irreflexo.i.nõ idignato ⁊ rurſus meruit celũ tanꝙ̄ p̄ciũ vltimi ſui laboris. ¶ Ite nũc fortes vbi celſa magni. Hic hortaſ p̄bia ad imitationẽ predictoꝝ viroꝝ di. Ite nũc fortes reſiſtentes aduerſitatibus.ite illuc vbi ducit via celſa.i. ardua magni herculis que eſt via virtutũ ⁊ via magni exẽpli ad egrediendũ fortia.nũc inuctibiľ cõtra tardos ⁊ vitioſos di. Cur vos inertes.i.homines ſine arte ſient homines deſidioſi.cur nudatis tergo.i.dorſa veſtra fugiendo labores ⁊ aduerſa,nã tellus,i.terrena.concupiſcentia ſuperata donat homini ſydera.i.celum: qꝛ ſuperata terrena concupiſcentia efficitur homo dignus celo quod eſt locus deorum ⁊ ſpirituum. Nam ſm Ariſtot. ij.de celo ⁊ mundo. Omnes eum locum qui ſurſum eſt deo attribuunt ⁊ barbari ⁊ greci quicũqȝ putãt deos eſſe de quo loco di. Pla.in fedrione. Uiri ſpeculatiui viuentes ſm vitam contemplatiuaȝ celeſtes ſedes recipiunt in quibus felicitate deorũ potiunť qua felicitate nos faciat participes ieſus x̄ps qui eſt deus ſuper omnia benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Ultimi celum meruit laboris.
¶ Ite nunc fortes vbi celſa magni
Ducit exempli via:cur inertes
Terga nudatis:ſuperata tellus.
Sydera donat.

¶ Aſcenſius.

Bella bis quinis ⁊c. Carmen ſaphicũ ab inventore hendecaſyllabũ a nũero vndecim ſyllabaȝ monocolon preterꝙ̄ i fine.vbi verſus adonicus ponitur qui poſt tertiũ quẽqȝ poni conſueuit. Conſtat autẽ ſaphicus vt prius dictũ eſt quinqȝ pedibus. Trocheo ſpondeo dactilo ⁊ duobus trocheis. Adonius dimeter eſt dactilo ⁊ ſpondeo cõſtans. In toto autem carmine oſtenditur virtus ⁊ conſtantia virorũ fortium:qua freti ad optatum fineȝ deuenerunt:vt conſimili conſtantia celaȝ mereamur. Ponit aũt principaliter tria exempla agamenonis:vlixis:⁊ herculis que licet ſatis aperte in ſuperioribꝰ cõmẽtarijs explicẽtur:tamen vt plenius quis hyſtorias ac fabulas cognoſcat altius repetemus. Fuerunt itaqȝ vt Seruius recitat Atreus ⁊ Thyeſtes fratres inter ſe ſeui vſqȝ adeo vt Thyeſtes cum europe fratris vxore concuberet: qđ dolens atreus liberos ei epulendos appoſuit. Cuius facinoris cum thyeſtes exquireret vltionem a dijs. Reſpondit illi apollo poſſe alio ſcelere eius vindicem naſci.ſ.ſi cum pelopea filia concuberet: quo facto natus eſt egiſtus qui atreum interfecit ⁊ agamenonem ſimiliter a bello redeuntem interemit factus adulter:⁊ violator clytenneſtre vxoris eius,helena autem menelai vxore rapta ab alexandro ſeu paride atride.i. agamenon ⁊ menelaus filij putatiui atreicum ſm Seruium eſſent filij pliſtonis mouerunt totam fere greciã in vltionẽ cũ autẽ eſſent in aulide ibiqȝ exercitũ recẽſerẽt agamenon Dyane ceruum ignarus occidit.deo vero irata flatum ventorum remouit. Cum igitur nec nauigare poſſent: ⁊ peſtilentiam ſuſtinerent oracula conſulta deam agamenonio ſanguine placandam duxerunt. Ergo cum ab vlixe per nuptiarum ſimulationem adducta iphigenia agamenonis filia ad eum locum eſſet vt immolaretur ſm Seruium:numinis miſeratione ſubrepta eſt:cerua pro ceſa. Ipſa autem in thauricam regionem ad regem thoantem tranſlata ſacerdoſqȝ Dyane dyctime facta cum deam ſecundum mortem ſanguine humano placaret agnouit horeſtem fratrem qui curandi furoris gratia cum amico pylade colchos petierat.⁊ cum his ocioſo thoante ſimulachrum ſuſtulit abſconditum falce lignorum: vnde ⁊ faſcellis dicitur hec ⁊ plura. Seruius lib.ij.eney.ad illud. Sanguine placaſtis vẽtos ⁊ virgine ceſa. Cum primũ iliacas danai veniſtis ad oras. Ubi dicit vergine ceſa:nõ vere ſed vt videbatur verũ. Horatius Iuuenalis: ⁊ multi alij dicunt eam re vera ceſam ſicut ⁊ author noſter hic. vltor atrides.i.agamenon filius atrei putatiuus. Optat ⁊ ventos redimit cruore Iphigenie.ſ.legẽdum eſt in preſenti tempore redimit non redemit in preterito qꝛ verſus non ſtaret:⁊ etiaȝ eſſet deformitas ⁊ mutatio temporis. Optat enim manifeſte preſentis eſt temporis. Unde etiam ſequẽtia exuit ⁊ federat.i.in fenus dat preſentis ſunt tem-

Ithacus poris. Ithacus.i.vlixes itacenſis poſuit enim ſicut Virgi. Principale pro deriuatiuo ſm Seruium. non enim fuit ithacus.i.ex ithaca inſula ſed thacenſis rex. Nec dicitur ithacus a patre. Nam laertes

Poliphe. pater eius vocabatur vt prius de vlixe ſatis dictum eſt. Poliphemus autem erat vnus cyclopum qui iuxta ethnam montem ſicilie incubare ſolebant:immaniſſimi paſtores vnum oculum per modũ cycli in fronte habentes vt dicit Uirgilius Argolici clypei aut phebe lampadis inſtar.vnde nomen ſumptum. Homerus autem tradit vlixem ex lothophagis in ſiciliam veniſſe in eam partem vbi duo fratres erant ciclops ⁊ leſtricon:qui inhumane eum exceperunt.⁊ niſi fuiſſet filiorum benignitas cum ſocijs periſſet vlixes. Ciclopis autem filius erat antiphrates leſtrigonis auteȝ poliphemus de quo Uirgilius dicit ſic iij.eney. Achimenides comes infelicis vlixi. Uidi egomet duo de numero cum corpora noſtro. Prenſa manu magna medio reſupinus in antro. Frangeret ad ſaxuȝ ſanieqȝ aſpera natarent. Limina vidi atro cum membra fluentia tabo. Mandarent ⁊ trepidi tremerent ſub dentibus artus ⁊c. Cum vero ſomno ⁊ vino ſepultus eſſet vlixes ſtipite ficulno euulſit oculũ eius ⁊ cum ſe ante oſtiũ teneret:nec ſineret exire ſocios aut vlixem conſilio inito poſuerunt ſe ſub ventre arietum quoruȝ ille terga palpitans emiſit eos in paſcua ⁊ ſic euaſerunt. Sed tamen ceco furibundus orbe melius ſic puto ꝙ̄ ore vt ſit ordo. Sed poliphemus furibundus orbe.i.rotũdo ⁊ amplo oculo ceco.i.excecato: repẽdit.i.perſoluit meſtis lachry-

Hercules mis vlixis ⁊ ſociorũ eius:gaudiũ.i.leticiam de vindicta. Herculẽ duci ⁊c.hic potiſſimũ per labores fertur celũ meruiſſe.⁊ dicitur hercules quaſi heres.i.iunonis cleos.i.gloria:quia iunone p̄ſequẽte magnaȝ gloriam conſecutus eſt, Dicitur autẽ a poetis omnibus, Iouis ex almena amphitrionis cõiuge filius

apud thirinthiam vrbē natus ⁊ educatus: ⁊ vt Macrobius in ſaturnalib⁹. Non exiſtimes alinene apud
thebas Boetias natum ſolum vel primum herculē nuncupatum: immo poſt multos atqȝ poſtremos il
le hac appellatione dignatus eſt honoratus hoc nomine: ꝙ multa fortitudine nomen dei ꝓmeruit. Var
ro etiam cū nominaſſet quadraginta tres hercules: adiecit poſtea ꝙ omnes qui aliquid fortiter feciſſent
hercules velut appellatiuo nomine dicti fuerunt. Sed huic qui ioui filius dictus fuit cuncta poete abſ
qȝ aliorū tribuunt. Itaqȝ eius laudes ⁊ duros mille labores. Virgi. lib. viij. proſequitur ſic: vt prima no
uerce. Monſtra manu geminoſqȝ premens eliſerit angues. vt bello egregias idem diſiecerit vrbes. Tro
iamqȝ ebaliamqȝ: ⁊ ſubdit. Tu nubigenas inuicte bimembres. Heluſpolumqȝ manu: tu creſſia ma-
ctas, prodigia ⁊ vaſtum nemee ſub rupe leonem ⁊c. Marcialis autē lib. iiij. ſic. Si cupis alcide cogno
ſcere facta prioris. Diſce lybin domuit aurea poma tulit. Peltharum ſcythico diſcuſſit amazona do-
no. ⁊ reliqua. Vide cornucopie. Perotti cum Marciale. Virgilius autem de erūnis herculis ita opu-
ſculum fecit. Prima cleonei tolerata erūna leonis. Proxima lerneā ferro ⁊ face contulit hydram. Mox
erimantheum vix tertia pertulit aprum. Aeripidis quarto tulit aureā cornua cerui. Stimphalidas pe
pulit volucres diſcrimine quinto. Threiciam ſexto ſpoliauit amazona baltheo. Septima in argeis ſta-
bulis impenſa laboris. Octauo expulſo numeratur adorea tauro. In diomedeis victoria nona quadri
gis. Gerione extincto decimam dat yberia palmam. Vndecimum malam heſperidum diſtracta trium
phum. Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris. In textu autem noſtro alius ponitur laborum ordo — Centauri.
de quibus: qr ſatis in alijs commentarijs dicta ſunt pauciſſima ſubiungemus. Ille centaurus. Centau
ri populi theſſalie iuxta pelion montem. ſemine qui dicti: ꝙ primi in equis viſi a longe inferiores partes
equinas ſuperiores humanas habere crediti ſunt. hij. cum pirithoi ſponſā hippodamiam rapuiſſent ab — Volucres
hercule poſtea occiſi ſunt. De leone ſatis prius narratum eſt. Fixit ⁊ certis. i. ineuitabilibus ſagittis vo — ſtymphali
lucres ſtymphalidas: vt dicit Virgil. ⁊ etiam Martialis. Perottus dicit de laboribus herculis. Tum — des.
ſtymphalides aues ab ipſis nubibus ſagittis petijt enectaſqȝ deiecit Sene. Menali pernix fera multo
decorum perferens auro caput deprehenſa curſu. Eſt idem. Solitaſqȝ pennis condere obductis diem
petit ab ipſis nubibus ſtymphalidas Marcia. Aeripidem ſiluis ceruam ſtymphalidas vndis abſtulit.
Stymphalidas quidem parum docti harpias eſſe exiſtimarunt ſed id falſum eſſe ſi quis tragediam ſe-
nece legerit deprehenderit. Erant autem ſtymphalides aues aquatice. i. ſtymphalo palude tante ma-
gnitudinis vt ſolis radios obumbrare dicerentur: omnem archadiam deuaſtantes quas hercules e nu
bibus deiecit. Erat ergo ſuperior quoqȝ cōmentarius qui arpias interpretatur eſſe de quibus nos pri⁹ — Poma he-
ſatis diximus. Poma cernenti ⁊c. Ordo melior eſt. hercules grauior. i. aliquanto plus ꝙ conueniret vel — ſperidum.
multum grauatus aureo metallo quod erat in pomis, arcis leua. i. in ſiniſtra manu qua ea tenuit: ra-
puit poma. i. mala heſperidum drachoni cernenti. i. peruigili. Fuerunt itaqȝ heſperides athalantis filie
nymphe que hortum ſecundum fabulas habuerunt in quo erant aurea mala veneri conſecrata que her
cules miſſus ab euriſtheo arginorum rege occiſo peruigili drachone ſuſtulit. Re vera inquit Seruius
fuerunt nobiles puelle quarū greges abegit hercules occiſo eorum cuſtode. Vnde fingitur mala ſuſtu
liſſe. i. oues nam grece mela ⁊ mala ⁊ oues ſignificant vnde melonomos ouium paſtor dicitur. Vocan
tur autem huiuſmodi puelle que ſeptem fuerunt a patre athlantides ⁊ a matre heſperides ⁊ nunc in ce
lo pleiades ſunt ſtelle notiſſime. quin ⁊ dracho in celum tranſlatus dicitur. Pomum ne te lateat genus
eſt ad omnes fructus mollem corticem habentes ſicut nux ad durum corticē habentes. Pomi autem
ſpecies ſunt malū quod vulgo pomum vocant ⁊ pirum ⁊c. Cerberū traxit triplici cathena. Cerberus — Cerberus.
canis infernalis triceps eſt: qui peritoum interemit: capto theſeo quem hercules liberum Cerberum ad
ſuperas auras traxit. qui inter cotes mingens venenum ꝙ aconitū vocant generauit. Quid hiſtori-
ca fides habet in. vi. Eney. commentarij docent: ideo autē dicit triplici cathena: qr tria capita habuit.
Victor immitē ⁊c. de Diomede loquitur non de eo qui fuit rex etolie thidei ⁊ deiphile filius ſed de re
ge tracie. Nam hercules diomedem regem tracie durum ⁊ ſanguinarium hominem qui equos ſuos
aduenarū carne in tyrida thracie oppido paſcebat occidit: cūqȝ iumentis ſuis epulandū dedit. Sene.
Quid ſtabula memorem diri biſtonij regis. Biſtones enim tracie populi ſunt Hydra combuſto. De
hac prius diximus ⁊ de achelco ⁊ de cornucopie require per tabulam in fine poſitam De antheo licet
non male locutus ſit ſuperior. hoc habe hercules cum audiret anteum terre filium magno ac procero
corpore in lybia eſſe apud lixum oppidum a flumine mauritanie eiuſdem nomina ita vocatū qui locus
antei regia dicitur: robore ac fortitudine nemini cedentem ad eum quorum domandum perrexit. Erat
anteus aſpectu roboreqȝ terribilis habitabat in ſpelunca excelas vndiqȝ rupes habente ⁊ leonū carne
veſcebatur. Cubile ei terra erat. Nullis herbis: aut paleis aut ferarū tergoribus ſtrata: ſed ſimplex ac
nuda. Paleſtra omnes ſuperabat quotiens autem membra eius labore defecta eſſent tactu matris: hoc
eſt terre recreabantur ac vires reſumebat. Erat vniuerſe prouincie infeſtus ⁊ quoſcunqȝ terra mari ve
co aduentaſſe cognouiſſet impie trucidabat. Cum eo igitur congreſſus hercules depoſitis ab ipſo cleo
nei ab illo libie leonis tergoribus ⁊ vnctis pro more paleſtre atqȝ harena ſparſis corporibus feſſum
tandem luctando ⁊ quaſi ſeminecē anteum terre proſtrauit: ſed cū mox confirmatis tactu terre viribus
ſurrexiſſet ⁊ acrius ꝙ ante certare videretur ſtupefactus anteo robore hercules rurſus illi brachia in-
iecit verum anteus non expectatis amplius hoſtis viribus ſponte cadebat plus continuo virū ex ipſo
caſu accipiens. Quare tandē intellecta: ſtandum eſt tibi o antee hercules inquit non ſterneris amplius:
nec terre: ſed pectori noſtro fixus herebis que cum dixiſſet iuuenem alte ſublatum ac telluri ſternere ſe
conantem: arctiſſimo nexum vinculo intra vlnas ſuas expirare coegit. Cacus euandri. de hac vide liui-
um in primo ad vrbe condita: ⁊ Virgi. in. viij. eneydos Aut perottum vbi ſupra ſatis etiam in commen

xarijs vidimus. De apro etiam notiſſima eſt narratio. vltimus celum: vel hoc fugitur propter fabulam in commentarijs ſuperioribus recitatam vel q: columnas in occidente fixit ſuper quas celum incũbere videtur narrantur plures labores herculis q̄ iam dicti ab alijs: ſed omnes volunt ꝙ per labores ⁊ virtutem hercules celum meruiſſe dicitur. Unde xenophon in eo libello quem de dictis ⁊ factis. Socratis memoratu dignis compoſuit: dicit iam in infantia ſuprema volnptatem ⁊ virtutem habitu muliebri oblatas: qui cum vtriuſqꝫ cohortationem audiuiſſet virtutiſqꝫ arduum iter optatum receptaculum ⁊ letum finem habere didiciſſet contraqꝫ voluptatis aditum valde facilem: ſed finem ſane amarum: grauibus verbis voluptatem ⁊ nequitiam aſpernatus virtutem per labores ⁊ ſudores in dextram inſecutus eſt. Unde ⁊ Cicero in officijs. Nãqꝫ herculem prodigus dicit: vt eſt apud Xenophontem cum primum pubeſceret. quod chriſtus a natura ad diligendum quam quiſqꝫ viuendi ſit ingreſſurus datum eſt: exiſſe in ſolitudinem atqꝫ ibi ſedentem diu ſecum multumqꝫ dubitaſſe cum duas cerneret vias vnam voluptatis alteram virtutis vtram ingredi melius eſſet. Hec Cicero. Et hoc pretendit authoꝛ noſter dicens. Ite nunc fortes ⁊c. Celſa via ſic Uirgi. in littera pythagore. Nam via virtutis dextrum petit arduũ callem. Difficilemqꝫ aditum primum ſpectãtibus offert. Sed requiem prebet feſſis in vertice ſummo. Vbi hoc loco ſignificat poſtq̄. nam ſi ſignificaret in quo loco nõ recte dixiſſet vbi ducit: ſed quo ducit: ſicut apud Horatiũ. Dãna tamen celeres reparant celeſtia lune. Nos vbi decidimus. Ordo igitur ⁊ ſenſus hic eſt. Ite nũc fortes cur vos inertes nudatis terga. vbi. i. poſtq̄ ita eſt ꝙ celſa. i. ardua ⁊ ſublimis via magni exempli ducit. i. ducis agit partes. Et eſt locutio ſumpta a militibus quibus turpe eſt nudare terga fuge vbi bonũ habent ducem qui reſiſtat ⁊ reſiſtendi exemplnm prebeat. Eſt preterea alia ratio cur turpe ſit fugere: q: ingens victoribus merces propoſita eſt: q: tellus ſuperata donat celũ. Qꝫ autem dicit nudatis terga non parui momenti: eſt ſignificat enim ꝙ nemo in hac pugna que cõtra vitia ⁊ contra mundum geritur: ſuperatur niſi qui terga per inertiã nudauerit. i. arma que ſunt virtutes abiecerit. Fidelis enim inquit apoſtolus deus: quia non ſinit vos tentari vltra id quod poteſtis.

Vbi.

¶ Finis commentariorum Aſcenſij in quartum librum.

¶ Sequuntur in quintum eiuſdem explanatiuncule.

Sancts Thomas.

Dixerat oratiõiſqꝫ curſum. Hic incipit quintus liber Boe. de conſolatione philoſophie cuius hec eſt prima proſa in qua philoſophia ſtudet ſoluere quedam dubia ſuam determinationem conſequentia de fato ⁊ prouidẽtia: videtur enim ex dictis ꝙ caſus non ſit: quia omnia ſint prouiſa ita ꝙ nihil eueniat preter ordinẽ diuine ꝓuidentie videtur qꝺ nihil cauſaliter euenit: quia caſus importat euentum inopinatum. Item videtur ex dictis ꝙ liberũ arbitrium non ſit: q: omnia diſponuntur ſm ordinem fatalis neceſſitatis liberum autem arbitriuꝫ neceſſitatem excludit. Uidetur ergo ſi ponitur prouidentia ⁊ fatum ꝙ omnino excludatur liberum arbitrium. Philoſophia ergo in preſenti libro inquirit vtrum caſus ſit ⁊ quid ſit ⁊ inquirit vtrum liberum arbitrium ſit ponendũ: argumenta quibus liberum arbitrium cum prouidentia diuina non videtur ſtare poſt hoc ponit falſam ſolutionem quorundam quam improbat ⁊ ponit propriam quam in rationibus confirmat ⁊ de eternitate determinat ⁊ alia plura ſicut patebit. Et diuiditur iſte liber in vndecim partes: q: ſex ſunt proſe ⁊ quinqꝫ metra: eiuſqꝫ partes ⁊ que in ipſis determinãtur patebunt in proceſſu libri. In prima proſa determinat de caſu ⁊ primo Boe. tangit acta philoſophie comendans eius exortationẽ factam: ⁊ mouet queſtionem de caſu. Secundo philoſophia excuſat ſe ab eius determinatione: ⁊ Boet. illam excuſationeꝫ remouet. Tertio philoſophia determinat de caſu ſecunda ibi. Tum illa feſtino. tertia ibi. Tum illa morem. Primo dicit philoſophia dixerat hec predicta ⁊ vertebat curſum orationis. ideſt ſermonis at tractanda quedam alia atqꝫ expedienda: tunc ego Boe. inq̄. O philoſophia recta eſt exhortatio tua ⁊ prorſus eſt digniſſima authoritate ſed qꝺ tu dudum dixiſti ſexta proſa. iiij. lib. queſtionem de prouidẽtia implicatam eſſe pluribus alijs ſcilicet queſtionibus ergo experior re. i. realiter quero enim an arbitrere. i. arbitreris caſum omnino aliquid ſup. in rerum natura: ⁊ quidnam arbitreris eſſe caſum ſup. in rerum natura. ¶ Nota per hoc ꝙ di. Boeti. dixerat innuit philoſophia iam expidiuiſſe que ad ſui ſpeculationem ſpectabant: ⁊ ita determinaſſe principaleꝫ huius libri intentionẽ: ⁊ philoſophia vertebat curſum orationis. i. orationẽ currenteꝫ: quia oratio philoſophie non impediebatur ignorantia docentis: nec tarditate diſcentis hanc orationem vertebat ad quedam alia tractanda que autem fuerunt illa Boet. non exprimit: quia forſitan ſua opinione nimis erant deſideranda: vel forſitan q̄tum ad propoſitum extranea. ¶ Nota ꝙ dicit exhortationem philoſophie fuiſſe rectam: quia philoſophia hortatur ad virtutes ⁊ ad contemptum fortuitorum. talis autem exhortatio que ſit ad bonum proſequendum ⁊ ad malum fugiendum recta eſt ⁊ dicit exhortationem philoſophie eſſe digniſſimam authoritate: quia quod a ſapiẽtibus dicitur authoritate ſapientis dignuꝫ reputatur. ¶ Tum illa feſtino inquit. Hic philoſophia excuſat ſe de huius opinionis vel queſtio

¶ Libri quinti Proſa prima. Boe.

Dixerat orationiſqꝫ curſum ad alia quedam tractanda ⁊ expedienda vertebat. Tum ego recte quidem exhortatio tuaqꝫ prorſus authoritate digniſſima: ſꝫ qꝺ tu dudũ de ꝓuidentia queſtionem pluribꝰ alijs implicatum eſſe

nis determinatione ⁊. Boe. illā excuſationē remouet di. philoſophia inquit. Ego feſtino abſoluere. i. perficere debitū promiſſionis ⁊ aperire tibi viā qua reueharis ad patriā hec autē que tu queris de caſu ⁊ ſi pro quāuis ſunt perutilia cognitu. i. cognitione. tñ pauliſper auerſa ſunt tramite. i. a via noſtri ꝓpoſiti. ⁊ di. pauliſper qꝛ nō ſunt totaliter auerſa: ſed aliquantulū incidāt premiſſa ⁊ eſt verendū. i. timendū ne tu fatigat⁹ deuijs. i. queſtionib⁹ extraneis nō poſſis ſufficere ad emetiendū. i. trāſcēdū rectū iter di. Boe.

dixiſti experior. Quero enim an eſſe aliquid omnino ⁊ quidnam eſſe caſuz arbitrere. Ph. Tū illa. Feſtino iquit debitū promiſſionis abſoluere: viāq; tibi qua patriā reueharis apire. hec aūt ⁊ ſi ꝑutilia cognitu tamē a ꝓpoſiti noſtri tramite pauliſꝑ auerſa ſunt. Uerendū qꝫ eſt ne diuijs fatigat⁹ ad emetiendū rectuz iter ſufficere non poſſis. Boeti. Ne id inq̄ȝ prorſus vereare. Nam quietis mihi loco fuerit ea quib⁹ maxie delector agnoſcere ſimul: cum omne diſputationis tue lat⁹ indubitata fide conſtiterit: nihil de ſequentibus ambigator. Phi. ¶ Tum illa morem inquit gerē tibi: ſimulq; ſic exorſa eſt: ſiquidez inqt aliquid euentū temerario motu nullaq; cauſarū cōnexione productū caſum eſſe diffiniat nihil oīno caſum eſſe cōfirmo ⁊ preter ſubiecte rei ſignificationē inanē prorſus eſſe vocē decerno. Quis enim coercēte in ordinez cuncta deo locus eē vllus temeritati reliquus pōt. ¶ Nā nihil ex nihilo exiſtere vera ſnīa eſt cui nemo vnq̄ȝ veteꝝ refragatus eſt q̄ȝq̄ȝ id illi non de operāte principio: ſed de materiali ſubiecto: hoc eſt de oīuz natura rationum. quaſi quoddā fundamentum iecerint. At ſi nullis ex cauſis aliqd oriatur: id de nihilo ortuz eē videtur ꝙ ſi hoc fieri nequit: nec caſum quidem hmōi eſſe poſſibile eſt qualē pauloante diffiniuim⁹ Boe. quid igitur inq̄ȝ. Nihil ne eſt qd vel caſus vel fortuitum iure appellari queat. An

phia ne illud vereare. i. ne timeas: qꝛ hoc fuerit mihi loco qetis agnoſcere ea qbus maxime delector: ⁊ cū omne latus. i. omnis cōſtātia tue diſputationis mihi cōſtiterit fide indubitata: nihil eſt qd ambigat de ſequētib⁹. ¶ Notādū. ꝙ dici quā via reueharis patriā hic patriā vocat beatitudinē quā pri⁹ inuenire docuit illa autē ꝑ que hō ꝑuenit ad ipſam ſunt virtutes de quib⁹ Boe. intēdebat agerē nō in hoc libro: ſꝫ i vltimis libris muſice ſue agēdo de muſica humana intētionē aūt ſuā nō cōpleuit qꝛ a rege Theodorico morte ꝑuēt⁹ fuit. Tū illa morē inquit. Hic phia determinat de caſu ſoluēdo ꝑmiſſas cauſas ⁊ qōnes. Prio ſoluit primaȝ. An caſus ſit. Scdo ſcdaȝ. Quid ſit caſus ibi. Licet igitur. Prio oſtēdit qd ſignificet ꝑ nomē caſus ponēdo opinionē quorundā. ſecūdo improbat illā opinionē ibi. Quis enī. Prio di. o Boe. ego gerē tibi morē. i. cōfirmabo me volūtati tue ⁊ ſimul ſic eſt exorſa. i. ſic icepit: ſi aliqs diffiniat quo ad nomen dicēs caſum eſſe euētū ꝓductū motu temerario. i. improuiſo ⁊ nulla cōnexione cauſaꝝ: Ego phia cōfirmo caſuz ſic oīno nihil eſſe: ⁊ decerno. i. iudico vocem caſus prorſus eſſe inanez preter ſignificationem rei ſubiecte: ſicut hec vox chimera inanis eſt. ¶ Nota ꝙ quamuis queſtio ſi eſt precedit quid eſt ſm ꝙ queſtio quid eſt querit de qdditate rei ⁊ qd eſt rei nulli debet niſi enti tñ qd qd eſt querēs de qd qd eſt nois eſt pria cognitio. ⁊ iō ex quo qd eſt nois opꝫ ſcire de aliquo ſi eſt. Propter hoc phia ad querēdū de caſu vtrū ſit vel nō ſit accipit qd qd eſt: qd ſignificat ꝑ nomē ⁊ dicit Si aliqd dicū caſuz eſſe euētū temerariuz ſine omni cā ꝓductuz ego video vocē caſus eſſe inanē tanquam ſibi nihil correſpondeat in re.

¶ Quis enim coercente. Hic phia improbat opinionem iſtaȝ oſtendēs caſum nihil eſſe ſm eā. ſcdo ſoluit ſm rei veritatē ibi. Ariſto. meus Prio ponit vnā rōnē. ſecūdo aliā ibi. Nā nihil. Antiqui dicebāt ꝙ caſus eſt euētus temerarius idest improuiſus ecōtra hoc arguit phia ſic. Ubicūq; oia ſunt ꝓuiſa. ibi nihil eſt temerariū ſed oia que ſunt ꝓuiſa ſunt a deo: ergo inter ea que ſunt nihil eſt temerariū. Hāc rōnē breuiter innuit in littera. di. Quis enī locus vllus pōt eſſe reliquus. i. relictus temeritati. i. improuiſioni deo coercēte cūcta in ordinē ſcꝫ ꝓuiſuz: quaſi diceret nullus. ¶ Notādū ꝙ oia a deo ſunt ꝓuiſa cuius ratio eſt. Quocūq; deus eſt cauſa oia talia ꝓuiſa ſunt a deo: ſed deus eſt cauſa ois entis ergo oia entia a deo ſunt prouiſa. Qd aūt deus ſit cā ois entis patet: qꝛ ab ipſo dependet celū ⁊ tota natura: vt pꝫ. xij. Meth. ¶ Nā nihil ex nihilo exiſtere. Hic oñdit aliā rōnē probantē ꝙ caſus nō pōt eſſe ſine omni cauſa productus: ſicut dicebāt antiqui ⁊ arguit ſic. Qd eſt ex nihilo nihil eſt: ſꝫ qd eſt ex nulla cauſa ex nihilo eſt ergo qd ex nulla cā eſt nihil eſt ſed. ſm antiquos caſus eſt ex nulla cauſa: quia eſt product⁹ ſine omni cōnexione cauſarū ergo caſus nihil eſt. Uñ dicit in littera. Uera ſnīa eſt cui nemo vnq̄ȝ veterū refragatus eſt. i. cōtradixit. ſ. ex nihilo nihil exiſtere. q̄ȝq̄ȝ illi antiqui illi ꝓpōnē ex nihilo nihil exiſtere iecerint. i.

Deus

Ex nihilo nihil fieri.

eſt aliqd tametſi vulg⁹ lateat: cui iſta vocabula ꝯueniunt. P. ¶ Ariſtoteles id me⁹ inquit in phyſicis. ⁊ breui ⁊ veris ꝓpinquat rōne diffiniuit. Bo. Quonā inqꝫ modo. P. Quotiēs ait aliquid cuiuſpiā rei gratia geritur: aliqdqꝫ quibuſdā de cauſis qꝫ quod intendebatur obtingit caſus vocatur vt ſi quis colēdi agri cauſa fodiens humum defoſſum auri pōdus inueniat hoc igitur fortuito quidē creditur accidiſſe: verum non de nihilo eſt. nā ꝓprias cauſas habet quarū improuiſas inopinatuſqꝫ cōcurſus caſum videtur operatus. Nam niſi cultor agri humum foderet niſi eo loci pecuniam ſuam depoſitor obruiſſet aurū non eſſet inuentū. ¶ Hec ſunt igitur fortuiti cauſe compendij qd ex obuijs ſibi cōfluentibus cauſis non ex gerentis intētione ꝓuenit. Neqꝫ enim vel qui aurum obruit vel quo agrū exercuit vt ea pecunia reperirētur intendit: ſed vti dixit quo ille obruit hunc fodiſſe conuenit atqꝫ concurrit. ¶ Licet igitur diffinire caſum eſſe inopinatum: ⁊ ex confluentibus cauſis in his qui ob aliquid geruntur euentum. Concurrere vero atqꝫ confluere cauſas facit ordo ille ineuitabili connexione procedens qui eſt de prouidentie fonte deſcendēs cunctas ſuis locis tēporibuſqꝫ diſponit.

poſuerint quaſi quoddā fundamentū non de operāte principio ſcꝫ deo creatore: qr ille ex nihilo aliquid fecit: ſed intellexerunt de hoc materiali ſubiecto. i. de tota natura fundata in materia: ⁊ exponit ſeipſum di. Hoc eſt de natura: oīm rōnū. i. de materia que eſt ſubiectū formarū naturaliū. Sed ſi aliqd oriaē ex nullis cauſis id videē eſſe ortū ex nihilo ſed hoc fieri nequit vt aliqd oriaē ex nihilo: ergo nō eſt poſſibile caſum eſſe hmōi. i. talē qualē pauloāte diffiniuimus ſꝫ antiquos ꝙ ſit euētus temerarius ſine cōnexiōe cauſarꝫ. Quid ergo dicendū eſt caſu querit Boe. Eſt ne nihil in rerū natura ꝙ iure poſſit appellari caſus vel fortuitū vel ē aliqd tametſi ꝑ ꝙ̄ſuis lateat vulg⁹ cui iſta vocabula ꝯueniant. ¶ Notādū ꝙ ex propoſito ex nihilo nihil exiſtere eſt vera in cōparatione ad cām particularē que in ſua actiōe preſupponit materiā: tñ in cōparatiōe ad cāꝫ vniuerſalē que eſt cā totius entis nō eſt vera. vñ dicimus deuꝫ oīa creaſſe ex nihilo ⁊ fide tenemus. Sed antiq de iſto mō ꝓductionis p creationē nō loquebanē: ſꝫ prio modo vnde Ariſt. prio phiſicorꝫ. Impoſſibile eſt aliqd fieri ex his que non ſunt: in hac ei opiniōe conueniūt oēs qui de natura ſentiunt. Ariſtoteles me⁹ inquit in phiſicis. Hic phīa ſoluit qōnē de caſu. Et primo oñdit eā eſſe ſolutā an Ariſt. ⁊ oſtendit modū eius. Scōo declarat ꝙ caſus lꝫ non habeat cauſas per ſe hꝫ tñ cauſas p accidēs ibi. Hec ſunt igiē. Primo di. Ariſt. meus. i. doctrina mea nutritus ⁊ deditus diffiniuit caſum in phyſicis. i. in ſcōo phyſicorū breui rōne ⁊ propinquaueris. i. veritati. Et querit Boe. Quonā inqꝫ mō. Dicit phīa. Quotiens aliqd geriē. i. fit gr̄a cuiuſpiā rei. i. alicui⁹ rei ⁊ aliqd obtingit quibuſdā de cauſis qꝫ qd intendebatur illud vocabaē caſus: vt ſi aliquis cauſa colendi agri fodiens humū inueniat pondus auri defoſſum: hec inuentio auri crediē fortuito idēſt a caſu accidiſſe verū pro ſed talis euētus caſualis non eſt de nihilo. i. de nulla cauſa ſicut dicebat diffinitio ātiquorū. Nā euētus caſualis hꝫ proprias cās quarꝫ cōcurſus ⁊ inopinat⁹ ⁊ impulſus ſup. ab eo q aliqd fecit cā alterius rei videbiē operatus eſſe caſum niſi enī cultor agri foderet humū que ſup. foſſio eſt vna cauſa inuētiōis auri ⁊ niſi eo loci. i. loco diſpoſitor obruiſſet. i. abſcōdiſſet pecuniā ſuaꝫ que eſt alia cauſa intētionis auri: aurū non eſſet inuentū. ¶ No. ꝙ caſus ſm Ariſt. eſt qſi aliquid fit ꝓpter aliquē finem: vt foſſio agri ꝓpter ſeminationē ſi aliqd aliud euenit ex quibuſdā cauſis preter hoc qd intēdebaē hoc eſt caſus vt euentio theſauri caſualis eſt que non intēdebatur a foſſore agri. Ex quo ptꝫ ꝙ inuētio theſauri eſt caſualis non ideo qd non eſt preuiſa a deo: ſꝫ qr nō eſt preuiſa ab hoīe: ⁊ ita caſus nihil eſt quo ad deū: ſed eſt aliqd quo ab hoīem preter cui⁹ intentionē ⁊ preuiſionē euenit. ¶ Hec ſunt igitur fortuiti cauſe cōpēdij. Hic oſtēdit phīa ꝙ caſus nō hꝫ cauſas per ſe: ſed per accidēs di. He igitur ſunt cauſe fortuiti cōpēdij. i. fortuiti euentus qd fortuitū compendiū euenit ex cauſis obuijs ⁊ cōfluentibus non ex intentione gerentis. Non enī ille qui aurū obruit: vel qui agrū exercuit. i. fodi intēdit vt ea pecunia reperireē. ſꝫ vt dixi pretendit gerētis intentionē euenit hūc fodere quo ille obruit pecuniā: ⁊ occurrit ſup. inuētio pecunie. ¶ No. ꝙ cā efficiens non agit niſi moueatur a fine finis autē non mouet niſi ſm ꝙ eſt in intentione ⁊ ideo reſpectu illius effectus q eſt in intentiōe agens eſt cauſa per ſe ſi aliquid cōtingat in actione preter intentionē agentis illius agens eſt cauſa per accidēs: ⁊ ſic caſus qr cōtingit preter intentionē agentis non habet cauſaꝫ agentē per ſe ſed per accidens. ¶ Licet igitur diffinire. Hic phīa ſoluit ſecundam qōnem oſtēdendo qd ſit caſus. Cōcludit ergo diffinitionē eius ex iā dictis dicēs. Licet igiē diffinire caſum eſſe euentū inopinatum ex cauſis cōfluentibus in his que geruntur ob aliquid aliud Tunc oſtēdit

quomodo effectus caſualis cadit ab oꝛdine prouidētie. dictū eſt enim ꝙ caſus prouenit ex cauſis con‑fluentibus. Quod aūt cauſe cōfluāt: hoc prouenit ex oꝛdine prouidentie. vñ dicit. Cauſas vero cōcurrere ⁊ confluere facit iſte oꝛdo ſup. fatalis ꝓcedens ineuitabili ꝯnexione ſcilicet cauſaꝝ q deſcendēs ſup. oꝛdo de fonte prouidentie cuncta diſponit ſuis tēpoꝛibus ⁊ locis. ¶ No. ꝙ diffinitio caſus eſt bona. qꝛ per eam caſus diſtinguitur ab alijs: per hoc quod caſus eſt euentus inopinatus excluditur effectus ne‑ceſſario eueniens vel vt frequenter: ſicut ſolem oꝛiri vel hominem naſci cum quinqꝫ digitis in vna man⁹ talia non eueniunt caſualiter ⁊ inopinate per hoc quod dicitur ex confluentibus cauſis excluditur ca‑ſus primo modo dictus: que ſm antiquos ponebaꝉ produci ex nulla cōnexione cauſarum. per hoc autē quod dicitur in his que gerūtur ob aliquid aliud. per hoc excluditur a caſu caſualitas per ſe: ſenſus cū ⁊ foꝛtuna ſunt cauſe per accidens ⁊ fiunt preter intentionem agentis.

¶ Aſcenſius.

Dixerat orationiſqꝫ curſum ad alia quedam tractanda ⁊ expedienda vertebat dixerat recte dicit qꝛ qui peroꝛant. i. finē oꝛationis faciunt dicunt in fine dixi: qꝛ ergo phia materiam acce‑p tam quodammodo finierat ſeſe ad alia vertens: bene dicit authoꝛ ex perſona ſua Dixerat ſup. philoſophia: ⁊ curſum oꝛationis: hoc quoqꝫ recte dicit quia debet oꝛatio non lente ingre‑di neqꝫ volare. ſed currere. i. medio modo ſe inter proſam. i. locutionem proꝛſus ſolutam ⁊ metrum poe‑matis habere. ¶ Implicatam eſſe ſepius implicitam leges ꝙ̄ implicatam, ſed neutrum caret authoꝛi‑tate. Moꝛem geram. i. votis tuis annuam. Eſt enim is moꝛiter ⁊ moꝛem gerit: qui ⁊ inſtitutum vite ſic gerit vt alteri placeat. Simulqꝫ ſic exoꝛſa eſt. i. incepit loqui: venit enim ab exoꝛdio. non itaqꝫ legendum exoꝛia vel exoꝛta. vt ſcriptum in quibuſdam inueni. Cetera dilucida ſunt. Nota · Moꝛē gerere

¶ Metrum primum quinti libri.

Rupis achemenie. ſcopulis vbi verſa ſequentem.
Pectoꝛibus figit ſpicula pugna fugax
Tigris ⁊ eufrates vno ſe fonte reſolunt
Et mox adiunctis diſſociantur aquis
Si cocant curſumqꝫ iterū reuocētur in vnuꝫ
Confluat alterni quod trahit vnda vadi
Conueniant pupes ⁊ vulſi flumine trunci
Mixtaqꝫ foꝛtuitos implicet vnda modos:
Quos tamē ipſa vagos terre decliuia caſus
Gurgitis ⁊ lapſi defluus oꝛdo regit
Sic que permiſſis fluitare videtur habenis
Foꝛs patitur frenos ipſaqꝫ lege meat.

Rupis achemenie ſcopulis. Iſtud eſt primum metruꝫ iſtius quinti qđ dicit me‑trū elegiacū. Et primū metru eſt dactilicū hexametruꝫ. Scđm eſt anapeſticū pētametrū vel dactili‑cū pēthametrū. In quo phia oſtēdit qūo euētus caſualis ſe hꝫ ad ꝓuidē‑tiā diuinā. ¶ Eſt aūt materia exēpli: ꝙ Tigris ⁊ Eufrates ſunt duo flu‑uij ab eodē fonte ꝓcedētes q poſtea ab inuicē diuidunt: ⁊ ſic iterū cōcur‑rāt neceſſe eſt naues ⁊ alia que p iſta fluuia deferunt ꝯcurrere. q quidē cō‑curſus ꝓuenit incꝫtū regun⁹ decur‑ſu iſtoꝝ fluuioꝝ: ⁊ tñ eſt ꝓpter inten‑tionē iſtoꝝ qui regunt naues eodem mō concurſus cauſarū caſualis. ꝙ̄ui‑uis ſit preter intētionē ipſoꝛuꝫ agen‑tiumtñ cōcurrūt ſm defluxum oꝛdi‑nis fatalis ex regimine prouidentie. ⁊ ꝙ̄uis nobis ignoꝛātibus oꝛdinem prouidentie videatur aliquid caſua‑le ⁊ foꝛtuitū. tamen in comparatiōe ad deum ſunt omnia oꝛdinaria ⁊ prouiſa. Unde dicit in littera, Tigris ⁊ Eufrates reſoluunt ſeſe vno fonte ſcopulis. i. concauitatibus rupis achemenie. i. montis parthie: vbi ſcilicet in parthia fugax pugna verſa ſpicula. i. ſagittas figit pectoꝛibus ſequentum. Eſt enim conſuetudo parthoꝝ ꝙ fugiēdo pugnat ſagittando a tergo contra inſequentes ⁊ mox. i. poſt paruum ſpacium tigris ⁊ eufrates diſſociant ad‑iunctis aquis ſup. alijs: et ſi dicti fluuij iterum coeant. i. conueniant ⁊ reuocentur in vnum curſum con‑fluat. i. opoꝛtet confluere aliud quod vnda alterni vadi. i. vtriuſqꝫ fluminis trahit. i. ſecum ducit ⁊ con‑ueniant pupes ⁊ trunci vulſi. i. eradicati flumine. i. per flumen: ⁊ vnda mixta. ſ. confluens implicet. i. im‑plicabit foꝛtuitos modos. qꝛ vnda faciet concurrere foꝛtuitos naues ⁊ truncos: quos tamen vagos ca‑ſus. i. caſualis euentus regit ipſa decliuia terre. i. depreſſio terre dans viam fluuio: ⁊ defluus oꝛdo lapſi gurgitis. i. currentis aque regit illos vagos curſus: ⁊ ita eſt de euentu cauſali reſpectu prouidentie. vn‑de dicit. Foꝛs. i. caſus vel foꝛtuna que videtur fluitare permiſſis habenis. i. ſine regimine illa patitur fre‑nos: ideſt regimina ⁊ meat. i. tranſit ipſa lege. i. per ipſaꝫ legem diuine prouidentie. ¶ Nota ꝙ ſcribitur in Geneſi. Tigris ⁊ eufrates ſunt flumina quoꝛum oꝛtus eſt in paradiſo. Sed Hieronimus authoꝛita‑te ſaluſt. ꝙ oꝛtus tigris ⁊ eufratis demonſtrantur in armenia. i. in parthia: cui videtur Boe. conſentire. beatus autem Augu. ſuper Geneſim ad litteram ſuam contrarietatem concoꝛdat di. Illud contingit in iſtis fluminibus quod in alijs experimur. ſ. ꝙ aliquando abſoꝛbentur a terra. ⁊ iterum oꝛiuntur: ⁊ qꝛ hec ſepe poſſunt contingere. ideo de oꝛtu ipſoꝛum fluuioꝛum diuerſa poſſunt dici quando enim Moy‑ſes dicit in Geneſi ꝙ oꝛiantur in paradiſo poteſt intelligi de prima oꝛigine eoꝛum. ſed ꝙ dicit ab alijs ꝙ alibi oꝛianꝉ: pōt intelligi de oꝛtu eoꝝ ſecūdario. ¶ No. ꝙ parthia eſt regio quedam que alio nomine dicitur armenia. Unde dicuntur hoſtes parthi qui vincunt hoſtes ſuos fugiendo ſagittas a tergo mit‑

Sanctus Thomas.

Tigris.

Parthia

tẽdo: ⁊ ſic amor vincẽdus eſt fugiẽdo. Vñ poeta dicit Qua ſpecie martis cedit victoria partis Cipria parte ſimili quoq; vincit arte Cipris.i.venus que colebat in cipro. Et pauper henricus. Proſcribas igit gladiis ⁊ fuſtibus ipſum ſup. amorẽ. Et fugiẽdo fuga que fuga ſola fugat. ¶ Aſcenſius.

Nota Achemenes.

